initiat et radicat et cordis solus est principalis aie insti et eius delatoris virtutum. s. spūs generationem facere; in ipso. n. spūs tanqz in armario stinet et in ipso nālis calor custodit: quo medante vita membris tribuif et in eis seruat. Lungs sint mēbra corporis aialis una multitudine a creatore bene et ordinata constituta: et in omni multitudine bene ordinata sit inuenire vnū p<sup>m</sup> ad qd oia alia ordinantur vñ p oes tales multitudines discursus inueniatur: et cōsimiliter et in multitudine mēbroz corporis aialis. Dicit Aristo. in libro de cā motus aialium: extimandū est constare aial re luti ciuitate bene legibus rectā. In ciuitate. n. qm semel stabilitus est ordo nobil opus est separato monarcha quem oporteat esse per singula rerū que sunt: sed ipse quilibet facit que ipsius ut ordinatū est: et fiat hoc post hoc ppter consuetudinē. In aialibus aut hoc idem fit per nāmeo qm notū est vnūquodqz sic constitutū sacerē propriū opus. Rex itaqz et monarcha in multitudine mēbroz est cor et regit ordinata multitudinē suā vt hanc et variat vñiquodqz mēbrum qd est ei ppter habere et facere. Et sicut cor est oibus principalius ita est ut dignus et nobilis. Uerū dixit Sal. 7. de iuuentis. pars sinistra ipsius nobilior est dextra: qm effectus sinistri partis est spiritus: et qsto effe ctus sine operatio est nobilior tanto agens ipsum est nobili scū. n. spiritus sit nobilior sanguine: sic et pars cordis ipsum producēt nobilior parte producēt seu melius continēt sanguine: qualis. n. est pporio sanguinis genera tū vel contenti in dextro ventriculo ad sanguinem genera tum in sinistro dixit Aue. talis est proportio vētriculi ad ventriculum: sed ut dixit Auer. colligit 2° sanguis stans in dextro est sicut materia stans in sinistro est sicut forma et perfectio: modo forma nobilior est materia: et dicunt. de clarat sinistri vētriculi ex celentia locus eius qui eminētior et loco dextri qm locus supremus dignior est inferior. C Aristotiles aut de partibus aialium dixit qd dexter nobilior est sinistro: quod demonstrat postremitas vite: et etiā motus in dextro repertus cū aialiam moritur: quod experientia habeat in aiali viuo subito exuentato. Inuenit. n. prelio aspiciens motū in dextro ventriculo cordis eo iam cessante a sinistro: et ob hanc causam est reperiri in propinquis morti in dextro brachio pulsus manifestiore qz in si nistro: amo et frequenter pulsu cessante a sinistro est ipsum reperi in dextro. Et hinc dixit. Aui. 13° sui de animalib<sup>z</sup> qd a dextre parte cordis multū de sua vi emanat in corpus. C Et conciliator sequens Ari. dixit qd non valer ratio. S. quā ipse adduxit septimo de iuuentis ad ostendendum quare est qd vita et motus ultimo remanet in dextro que est inabilitas partis sinistre ad motū ppter duritatem sui et soliditatem: maxime qm iam virtus debilitata est: extra vero est ad motū nobilior ppter sui mollitatem: quare ad eius motū parva sufficit virtus. Nā dixit. Cōciliator organa in actus ordinans tanqz in fine ppter: et nō econverto: fistula. n. ap ponitur fistulatori et nō fistulatori fistula: ut dicit Arist. 4° de partibus aialium: vñ cū natura pdixerit organa in parte dextra talia qd in eis motus cū vita pōtultimo remanere et nō in sinistra: concedendū est dextrā partē nobiliorē esse sinistrā: si nō natura eam nō taliter ordinasset. Et confirmat. dixit ipse. nobilitas dextri ventriculi: eo qd est prior sinistro: et ppter est prius viuens factus. est. n. dexter ad atrabendū id qd ad sinistrum mittit: ut a sinistro super mēbra influat modo attractio dignior est expulsio. Et dixit Cōciliator qd dextrū dignius est sinistro iō quinta pars pulmonis qz vtrigz est media ad latum puenit dextrū et sit ei quasi cultrice et stramentū vt firmitas vene ample. tñ et 5a. 7° de iuuentis ait. dextrū cordis ppter pulmonē sa etū est. s. vt illi tribuat alimentū. Et rursus dixit Cōciliator. declaras nobilitas dextri: qd in aialib<sup>z</sup> suffocatis nihil sanguinis in arteriis reperi: sed solū in venis qd nō evenitni

si virtus regisua totius cū spiritu et sanguine totis existentibus in arteriis suffocationis tépoze retrahit ad cor tanqz ad aerē per trāseunt hi p ipsius parietē: perforant. n. me diū ventriculū vtrigz in dextrā partem tanqz in eius refusū. Neqz spūs qui in sinistro est dixit cōciliator nobilior est eo qd in dextro qz superexcedes est in caliditate et fiscitate et forma spūs in dextro vētre firmat cū spūs et sanguis sibi plurimus et qzitatus: et nō adeo qzitatus vt in si nistro: vñ sanguis dextri pporionabilior est ad sanguinē sinistri. Et subdit qd dexter vēter cordis principalis ppter ipsius esse existit: sinistru vero magis vt per eum vita membris impellas. Dicunt tñ cor comparatū spiritui tunc sumitut pro corpulētia eius tñ ppter hoc qd includat aiam tunc a quibz dā auctoribus vocatū est ramus: spūs vero radix. Sed si sumis put includit aiam tunc cor dicit et est radix: spūs vero ramus cum in ipso et ab ipso generetur.

C De anothomia arteriarum.

Lap. iiiij.

**A**teria est membrū cōsimile simplex spermaticū mediocre iter durū et molle neruorum cōparatione: et dixit Sal. in libro de differentijs pulsū qd est mēbrum concavum alterius contentuum. s. spīritus et sanguinis. C Et dixit Aue. prima primi qd ortus arteriarū est a sinistro ventriculo cordis et nō a dextro: quia dexter est magis propinquus epati et cor habet attrahere ab epe sanguinē per venas que deserunt epati. A sinistro itaqz vētriculo dixit. Aui. due oriunt arteria arteria venalis et arteria adorti et sunt in longitudine extense: et sunt in substantia sua neruose et ligamentales: ad compositionē. n. earū veniunt villi neruosi et ligamento rum: quia sunt necessarium arteriā esse densam: qd habet cōtinere spiritū et sanguinem subtilem et sunt necessariū ea esse paucē sensationis ne in cōtinua motione doleret. Sic enim dixit Aui. membra habentia motiones dilatando se et constringendo: et hinc est qd vñ membrū motum supra musculū facit dolorē: quod tamen motū supra arteriā non facit dolorē ppter diminutā sensationē arterie. C Et dixit Aue. secunda terciā. vene pulsatile: et sunt arterie creare sunt nisi vna earū habentes duas tunicas: et vnaqueqz tunica. dixit Auer. primo colligit est similis alteri nisi qd textura interioris tunice tendit in latitudine: et iste sunt fortores: et textura exterior tendit in longitudine. et dixit Aui. tunica interioris sacra est forta cum ipsa sit obuiā percus sione et motū substantie spiritus forti cuius intenditur conservatio custodia et fortitudo: tunica vero exterior rara est et mollis similis in hoc tunice vene nō pulsatis. C Et dixit Aue. qd arterie create sunt ut cor euenteretur et sumos vapoꝝ scilicet et etiam aer supercalesfactus in eo ab ipso excludatur et spiritus scilicet et etiam sanguis subtillis in corde digestus membris corporis distribuatur: quibus scilicet spiritu et sanguine medianibz mēbris vita desertur. C Arterie quoqz cum dilatantur recipiunt tria corpora. vnum ab extra scilicet aerem per porositates corporis: et suas: et duo a corde vnum simplex scilicet spiritū et alterum compositum scilicet ex sumo capitulo et aere calesfactor: et insuper recipiunt a corde de sanguine subtillis: et etiam aliquando de sanguine venarum a venis eis coniunctis: sed quando constringuntur expellunt uno corpora. s. aerē quē attraxerūt iam calesfactū ex item: l<sup>z</sup> non totū et sumum capitulo cum illo aere permixtum ad extra corpus. C Et causa quidem quare spiritus vitalis in constrictione arterie qua expelluntur predicta duo corpora nō expellit simul cum ipsis est: quia motus arteriarum fit a virtute regulante et separante nocivitum a iuventuo in que separatione iuventuo retinet: nocivitum vero expellit et parte iuventui alteri trahit. C Et Aui. qd voluit qd spūs

Ortus et arteria est a sinistro vētriculo cor dicit.

De tuba arteriarū.

Brevis arterie create sūt arterie.

Quadruplex arterie cum dilatantur recipiunt tria corpora et qd stirps gat expalunt. et corpora.

Up spūs  
moueatur  
per conca  
uitatez ar  
terie an p  
etius cor  
pulentias.

non moueat per concavitatem arterie sed solus sanguis per eam mouet ipsum vero solū ad membra mouet per corporalitatem arterie. Isaac autem oppositū voluit s. q̄ moueat per concavitatem non per corpulentiam. Nam spūs dixit Isaac subito mouet et procedit ad membra et peruenit ad ea cū parietate et claritate sua. Aui. autē prima p̄mi invenit q̄ et per concavitatem et per corpulentiam moueat. Et ostendens Sal. 16<sup>o</sup> de utilitate particularum quo et per quas arterias spūs vitalis mouet ad cerebū dixit q̄ alie sunt arterie mediastibis qui bus vadit ipsum vitalis ad cerebrum absq; rete mirabilium quibus verbis invenit q̄ non totus spiritus vitalis qui vadit ad cerebrū peruenit ad rete mirabilem sed solum ille ad ipsum peruenit qui debet postea in cerebro effici spūs animalis et p̄ illas alias venas transit spiritus vitalis ad cerebrū dans eis vitā qui non efficitur animalis sed remanet vitalis. Et dicit Sal. 9<sup>o</sup> de utilitate particularum q̄ in venis pulsatilibus sanguis et spūs sunt calidi sed qui est in venis pulsatilibus sanguis calidus est et subtilis proximus nature sumus spiritus aut qui est in non pulsatilibus modicū est et nebulosus. Et dicit in libro de inuamēto hanelitus q̄ sanguis in arteriis est duobus modis: uno quia per venas meseraycas non transit totus succus humidus chilis ad eparsē et pars iunctitur arterie cuiusā procedenti et dorso et non transit ad eparsū sicut oēs testantur qui de anothomia scripsérunt: et subdit amplius arteria et vena simul sunt in toto corpore preferentia ait Aristoteles et splene iunctū gunturq; adiunīcē quibusdā pelliculis in quibus sunt vene subtiles: per quas venas ad arterias excolat sanguis. Et Rabī dicit in prima particula: vene pulsatiles et non pulsatiles vicine sunt adiunctae. Et sorte vena pulsatilis tangit non pulsatile et sic in toto corpus accedit ex proximis locis sibi et semper inuenies venā pulsatilem sub non pulsatili excepto solo cerebro: ad quod pulsatiles veniunt ex superiori ut sit motus spiritus ad superiora velox et non pulsatiles accedunt ad ipsum ex inferius ut fluxus nutrimenti ad cerebrū velociter fiat. Et dicit Sal. in sexto de utilitate particularum ibidē ponitur a Rabī: vene pulsatiles totius corporis sunt penetrabiles ad venas non pulsatiles recipientes adiunctae sanguinet et spiritu per invicibles meatus strictos. Dicitur n. quidā: q̄ venae et arterie habent in corpore parietē communem fixuras quasdam habent: suntq; in medio fixarū istarum meatus angusti per quos excolatur ab una ad aliam et meatus isti in morte animalis non apparent propter frigiditatem stansque quasi obtutis: hec est cā quare vena vel arteria incisa totus sanguis totius corporis evanescit: tam qui est in venis q̄ qui est in arteriis. Et dicit Sal. in libro de inuamēto anhelit: scire op̄z q̄ non solū a vena ep̄issimo est ab arteria sunt meatus quidam adrenes. Dicitur Aui. prima primi a sinistro ventriculo corporis due exiunt arterie una ad pulmonem vadit et ipso partit: ppter aera et sanguis qui pulmonē nutrit a corde deferatur: q̄ transitus nutrimenti pulmonis est ad cor et a corde vadit ad pulmonē: et huius partis origo est ex partii cordis subtiliori et vbi vena ad ipsum penetrat que cū habeat unā tunica est ab omnibus alijs arteriis diversa: et ppter hoc vocant ipsam arteriam venale et rāb. vero dicit Auer. vocat arteria taburida. Fuit autē ex una creata tunica ut sit mollior et lenior et ad dilatandum et ad constringendum magis obediens: et ad restitudinem eius faciendū q̄ ab ea ad pulmonē resudat ex sanguine subtili vaporoso qui sube pulmonis est magis conueniens sit apta. s. qui complemeto digōnis in corde ias: ppter quis fuit et neq; est ei necessaria superfluitas digōnis sicut ea in digest sanguis qui in vena currit ventre habente. i. cōatura. Et ppter q̄ si eius virtus est iuxta cor et vadit ad ipsum eius virtus facile digerēs et est: q̄ in eis in quo pulsat est raro. Et nō timet cū pulsatione in illoraro si percusserit q̄ no-

ceat ei durities. Et propter hoc in corpore ipsius nō tamen duritiae sunt necessariū q̄tū alie indignarent arterie que sunt membris duris vicine. Et hec arteria venalis in antecedente pulmonis parte spargitur et in ipso submergitur quo iam in partes et ramos diuisa est. Sed cū inter duas bruis arterie necessitates comparati fuerit que attenduntur sūmū firmitudinē et levitatem que fecit ei dilatationem facile et constrictionem et resudationem eius q̄ ab ea resudatur uenit q̄ lenitas est ei magis necessaria q̄ sp̄s fitudo et firmitudo. Et ista quidē arteria dicit Alman. minor est altera. Et alia n. arteria que est maior et quā Arist. vocat orti. dicit Aui. in primis cū ex corde oritur duos trāsmittit ramos ex quibus maior in circuitu circumvolvitur cordis: et in ipsius cōuertitur partibus et minor resolutur: et in ventriculo spargit deretro. Quid autē post duos ramos remanet cū separatur in duas diuidit partes: una quarum et est major ad descendendū est apta: et altera est minor: et ideo apta ad ascendendū et que est ad descendendum creatā sunt in extitatem sui supra aliam addens: qm̄ ad membra tendit que sunt plura in extitatem maiori et hec quidē sunt membra que sub corde sunt posita. Pars vero que ex duabus orti partibus est ascendens in duas diuidit partes: quarum una que est maior ad partem lebriacē ascendendo tendit: deinde ad partē transuersat et extrā donec ad partem lapsam medio simile pertinet que est ibi. et in tres diuidit partes: quarū due sunt duae arterie que suberice vocantur: et dicit Auer. q̄ vocantur arterie somni et a dextra et a sinistra cū duabus ascendit guidem profundis. Pars autē in torace spargit et in costis primis et in sex spondilibus colli superioribus et in partibus surculi donec ad caput peruenit spatuū postea exinde ad manus pertransit et membra. Pars vero minor orti ascendens ad partem ascelle vadit et diuidit sicut pars tertia. maioris partis. Unaqueq; prima arteriarū duarum que suberice vocantur cum ad colum perueniunt in duas separatur partes: s. anteriores et partē posteriorē: et pars anterior in duas sequestrat partes: s. in partem occultam que ad linguam tendit et ad musculos occultos qui sunt ex musculis mandibule inferioris. Pars vero que manifestatur ascendit ad illud q̄ est corā duabus auribus: et ad musculos temporū: et pertransit eos postq; multos reliquias ramos: et ad capitū cācumē tendit: et obuiāt sibi dextre extremitates cū extremitatibus sinistri. Pars vero posterior in duas diuidit partes: quā minor plus ad posteriora eleuatur: et in musculis qui capitis sunt continentia iuncturam spargit ex qua et est q̄ ad basim postremam cerebri tendit in foramē ingrediens magnum q̄ est corā dorrem lande. Maior vero corā hoc foramine petroso ad rete ingredit: immo ex eo teritur: textur. s. ex venis in venas: et tunicis super tunicas: et rigis super rugas: ita q̄ nemo ex eis unā solā apprehendere possit nisi cū alia cōtinuat: et cū ea ligata sicut rete. Et spargit ad anteriores et ad posteriores: et ad dextrā et sinistrā: et vadit p̄ totū rete. Deinde aggregat ex ea ppter sicut erat: et formatur ei pāniculus et ascendit ad cerebrum: et spargit in ipso in paniculo subtili: et postea interius in cerebro in suis ventribus et in siphac ventriculorū eius: et ramorum suorum omnium orificia sibi obuiant que ascenderint quemadmodū venarū tanta fuerunt ista ascendentia et illa descendētia nisi ppter q̄ illa sunt rigantia et fundentia sanguinem: qm̄ melior ex sibis vasorum fundentium sanguinem et rigantium est ut eorum extremitates sint capita ad inferiora habentes: sed ista iumentum prestat in dando spiritū. Et spiritus quidē est subtilis ad superiora mobilis: et neq; est necessarius: sive vasorum capita ad inferiora reduceret: donec fundatur: immo si hoc foret multa inde pueniret effusio sanguinis qui eis associat: et difficultas motū ad superiora spūs ieiis: qm̄ mo-

tus spūs ad superiora est facilior: et pp illud qd in spū exit de motu ex subtilitate sufficit in eo qd ex ipso ad cerebrum vadit illud qd est nocere et tabes acere ipm: et sub cerebro quidē nō sicut extēsum rete nīsīt in eundo incedat sanguis nē similef: et deinde sīm ordinē ad cerebrū vadit: et rete qui dē inter eos et pāniculū durū est positiū. **C**Pars aut̄ orthi descendēs p̄mū sīm rectitudinē incedit donec sup̄ quintam mīttis spōndilē cuius situs capitī cordis situ est oppoſitus: et ibi quidē est pulmo sicut accubitatio et sustentamen tū ipsius ad hoc vt iter ipm et ossa dorſi separationē faciat. Meri quoqz cū ad hunc peruenit locū ab eo ad dextrā de climat: et nō sīm rectitudinē trāfit: deinde cū pāniculis ap̄ prehēsūs incedit cū ad dyasfragma puenit ne ipm coangustet. Et hec qdē arteria descēdens cū ad quīntā spōndilē peruenit ad inferioria trahit extendēdo se sup̄a dorſū: deinde ad os peruenit qd est albanus in ultimā spōndilē dorſit: et cū est in parte pectoris rectitudine: et trāfit inde dimittit ramū subtilē parū: et dispargit in receptaculo pulmonis qd est ex pectorē et p̄ hoc receptaculū intellexit suspēsoriū pulmonis et perueniunt ipsius extrema ad cānam pulmonis. Et ipla quidē arteria descendēs nō cessat dimittere in oībus spōndilibus: per quas vadit ramos qui ad costas et nucā incedunt. **C**Lumqz per trāfit pectus due ex ea diuiduntur arterie que ad dyasfragma penetrant: et in ipso diuiidunt a dextra et a sinistra: deinde dimittit arteriā cuius rami in stomacho et epate et splene spargunt: et ipsius ramū ab epate egreditur: et ad vesicā tendunt: et postea oritur arteria que agedēga que sunt in circuitu minutoꝝ intestinoꝝ et colon vadit. **C**Deinde post hoc tres separant ab ea rami quoꝝ minor reni sinistro: prius est: et in ipsius spargit fascijs et in corporib⁹ que ipm circūdant: et eis iuuamenti p̄bet dādo eis vitā. Alij vero duo ad duos vadūt renes: ideo vt cū eis ren sanguinis aquositatē trahat, qm multo tēs a stō in intestinis sanguinē trahit nō purū. **C**Postea due separant arterie que ad testiculos vadunt: sed q̄ ex eis ad testiculū peruenit sinistrū ei semp associat: que ad renē puenit sinistrū: imo foris est cū nō est illud qd ad testiculū peruenit sinistrū nisi m̄ ex rene sinistro: et eius quidē q̄ ad dextrū peruenit testiculū origo semp est ex maiore arteria: et raro contingit vt cū aliqua que ad dextrū peruenit renem associet. **C**Postea ab hac maiore arteria due separant arterie que in vijs venaz spargunt q̄ in circuitu sunt recti in testini. Et rami qui spargunt in meri et in foramina spōndiliū ingrediunt: et vene q̄ ad duo vadunt ylia et alie que ad testiculos vadūt. Et ex istius ēt sumā vas egreditur partū: qd vadit ad vulvā p̄ter illud qd nominabimus postea: et istud est in viris et mulieribus et miscens cū eis vene non pulsatiles. **C**Post hec maiore arteria cū ad finem peruenit spōndiliū diuidit cū vena nō pulsatili q̄ sibi associatur in duas partes sīm filitudinē laude grece. 7. Et vna pars eoz dextrar: et alia sinistrar: quas vnaqueqz sup̄os albanus equitat vadens ad coxas: verūt anqz ad coxas perueniat vnaqueqz ipsiarū venā dimittit: que ad vesicā tēdit: et ad sumē et sibi apud sumē obuiant: et in nō notis manifise apparēt: sed in p̄pletis ipsax extrema iā sicca fuerunt et radices remāsere eaz: et ab ipſis diuiduntur rami qui in musculis spargunt q̄ super os albanus sunt positi: et illud qd ex ipla ad vesicā puenit in ea partitur cū penetrauerint ad virgā et ipsius residuū in mulierib⁹ vadit ad matricē et est partū. **C**Due vero partes descendētes in coxis in duos diuidunt ramos magnos: filiūstris, et domesticū et ramos in musculis qui sunt ibi passi dimittit: postea descendit et declinat ex ea ad inferioria ramus magnus inter pollicē et indicē: et qd remansit occultat: et ipse qdē in phio partiuꝝ pendis penetrat tense sub ramis venaz nō pulsatiliꝝ. **C**Ex his aut̄ pulsatilibus non associant sicut due que ab epate

**Arit** Gal.5.de interioribus.caplo.1.e gri-

C

**S**al. s. de interioribus. caplo. 2. egri-  
tudines cordis aliqui sunt ppseipsoz  
et aliqui per alia membra. Et Aui. dixit. egritu-  
dines cordis quicqz accidunt ei in sua pprietate. i.  
pprie pp cam in seipso. Et quicqz accidunt ei per  
coitatem ad alia membra. Et Sera. filz dixit egriti-  
dines cordis quicqz adueniunt ei ex alio sicut egritudo ac-  
to vel m'rice aut membro alio coicante sibi: aut  
egritudines in seipso. **E**t aduenietes ei in  
est: qz aut silium partiu aut instrales: aut solo  
Dirit Aui. aut sunt opionales pure. i. sine m'at  
et accidenti ei egritudines coponis sicut opilo  
en venis cordis: z vt dixit Rab. 7. continentis.  
is ipsarum: z aliqui egritudines situs sicut est il-  
lit ei de coartatione declinante ipm ad aliquem  
in facta ab humiditate compressua cotaenta in ea  
et accidit ei egritudo in na coi. s. resolutio sin-  
accidit in ipso. **E**t dixit Sal. passio propria  
et simplex: z est mala complx fin plm equalis:  
s: aut est coposita: aut apa. **D**irit Sera. egriti-  
dines partiu sunt sicut syrigis. i. 3. spes ethice: z  
lonis absqz ordine: z est illa que fit in hora sim-  
ilita coponitis. Et egritudines instrales sunt si-  
z flon et apa duru que fiunt in paniculo con-  
humiditas aggregata in eo. Dixit. de ista hu-  
mer. colliger. 3. 5. dixit. qz cor sustinet egritudi-  
n. i. quada humiditatē aquosam in suo pānicu-  
la qua. s. humiditate qm minuit prouenit egriti-  
tas raudi. i. assumptio: z sonat in latino lique-  
corporis. Et solo continuitatis. dixit Serap.  
men perueniens ad interiora eius. **D**irit  
dines materiales sunt: qz colligis materia: aut  
terris eius: aut inter capsula cordis: z ipm ex  
discrasiatur cor fz complone eius ad calm sic-  
midu. Ethec mā idictis locis collecta vtpm  
as que multoties ibi colligit: z multiplicata  
pedit cor a dilatatione sua: z suffocando interfici-  
colligis mā in porositatis cordis. **D**ixit  
apra accūtia que superueniunt cordi sunt finco-  
z tremor: z ille qm exireunt virtutes pulsatiles  
s. **E**t dixit Alm. erit mala oplo nō mālis si-  
ethica: z aliqui materialis sicut qm recipit san-  
in eo aliquā permutationē: z vt dico qz non  
ille vt veniat super ipsum oīs mala coplo exce-  
cu apate. **D**ixit Sera. egritudinum que ad  
di proprie in seipso: aut sunt ex eis que sanan-  
quibus nō est sanatio: z que sanatur sunt ille  
um partium: z ille que accidenti ex mutatione  
corde inordinata. sup. ac et egritudines instra-  
i vero duo ḡia. s. solutio continuitatis et egriti-  
tas sunt ex eis quibus non est curatio. Et ex apa  
hemetius interficiunt cum velocitate est alme-  
hoc est propter vehementiam accidentium

103  
1187  
1200

**E**gritud  
nes cordie  
sue sunt p  
roprietas  
te aut per  
coitatem.

Egricudo  
nco per p  
ducesem

## Tractatus.ij.

## Summa.ij. *duin Sermonis.ij.*

*Utrū eot  
possit pati  
apostema.*

*eoz q̄ sunt maxime febris vehemētissima et dolor acutissimus. De solone tñ cōtinui et apate cordis, dixit Hal. pri mo de interioribus, cor impossibile est pati apa. similiter quoq; dixit Mes. et Auer. colliget.3. et Aui. p̄ma p̄mi. et Haly. dixit. impossibile est ut apostemēt cor. aut sequat̄ ip sum op̄lo in plures eius v̄t̄es sicut possibile fit illud in cerebro. Nā mors antecedit illud. 5° tñ de interioribus. inuit. cor possit pati apa cū ipm sequi ad solonē cōtinuitatis in eo facte nō p̄ueniētis ad v̄triculōs dixit. q̄ voluit. 9. tera. et Raf. ēt hoc voluit in diuisionib;.* ¶ *Propterea dicit. cor nō patit apa confirmati. i. q̄d deueniat ad statum. qm̄ cū sit cor radix oīum virtuturz apa. sit egritudo valde ledēz et partia lesionē in corde sequet magnū nocumen tñ in toto: tūc est q̄ ad magnā lesionē in corde sequente ad apa in ipso sequet mors p̄hus q̄d confirmat apa: nullū ergo. dicūt. apa in corde puenit ad statum inclusum: qm̄ p̄us mors sequit p̄ viā suffocationis accidentis ex apate p̄hibēt debita respirationē et sufficiēt mūdificationem in tāto spē q̄ calor nālis suffocat p̄us q̄d perniciat apa ad statum.* ¶ *Dixit. 5. de interioribus. et ponit 7° continētis. impossibile est q̄ in corde fiat putredo. ait Raf. dico in corde nō sit putredo ex maturatione apatia calidi sed mors sequit ante q̄d apa matures in corde.* ¶ *Dixit Hal. apatis calidi vir suscipit susceptibile p̄mū in corde. Et Zoar. dixit. accidit in corde apatū. s. calidox. p̄ncipia. sed aīq; percipiatur de eis cōtingit repēte sine mora mori: eo q̄d apa calidū pp̄ sūi magnitudinē et vehemētiā quā ponit in corde euentatiōis et mūdificationis. phibet statim ad debita euētationē et mūdificationē: vñ calor eius suffocatus extinguit. et sic interficit in p̄n° et puenit ad augmētū. frigidū vero apa: q̄d nō ponit tantā necessitatē euētationis et mūdificationis pot puenire ad augmētū inclusum: et durare p̄ totū augmētū. Et sūr molle propter eandē cām q̄dū rarissime fiat in corde apa molle sicut nec durū pp̄ forte calitatē cordis.* ¶ *De solutio ne aut cōtinuitatis in corde. dixit Hal. 5. de interioribus. si vñq; ad ventrē aliquē eoz qui in corde sunt. quid perforat veniet confessim moriunt̄ emosoracie. als. emosagia. i. per fluxū sanguinis: et magis si sinister vēter cōtingit p̄forari. Nō pertransēt vero perforatē in ventrē: sed in cor pore cordis figurari nō solū eadē die qua cōtingit perforati vixerūt: sed et superueniēt nocte flōnis. s. rōne facta mōste: et nō sanguinis. fluxu.* ¶ *Dicūt. in corde posse accidere vlcera borboralia tolerabilia. i. que tolerant spacio aliquo pp̄ paruitatē eoz; tandem tñ interficiunt. Dixit Raf. 7. cōtinētis. post fluxū sanguinis narī nigri.* ¶ *Dixit Aui. cor nō tolerat nocumentū dolorū: et intellexit de dolore vehemēti et ultimato: nam oīs dolor vehemētis in corde est mortalis.* ¶ *Dixit Aue. colliget.3. Medici dñt. q̄d p̄t generati apa in suo pāniculo. s. capsula: et q̄d si medicus accelerauerit curā p̄t curari: et si nō moriet. Dicūt. omne apa in capsula cordis euētis hī p̄m est perimens: et semper est perimens quodcuq; confirmat. Aui. tñ dixit. q̄d apa durū et molle euētis in capsula aliquā durat spē lōgo.* ¶ *Hal. 5. de interioribus. caplo. 2. recitat q̄d habuit symiā: cuius cor pus cōtinue consumebas: et ea mortua anathomizauit eā et inuenit oīa mēbra eius sana in capsula tñ cordis repeat grossitiē p̄ter nām humiditatibus plenā sicut sunt hūmores quos in vesica aliquā inuenimus. Et recitat de gallo in cuius cordis capsula reperit grossitiē lapideā nō habentem humiditatē: sed quasi pelliculas supra alias positas.* ¶ *Dixit Aui. q̄d peruenit calor purus. i. intensus valde: aut frigus intensus valde ad cor morit ille: cuius est. Et dixit. se vidisse cōgelatum. i. resolutū et hoc mortificatū vel congelatū ut sonat vocabulū loquitz tamē iam moribas siue sudore irresoluto vel cū sudore in vere cōgelato.* ¶ *Dixit Serapio. ex eis aut que interficiūt ab q̄d̄ velocitate vehemēti est 3<sup>rd</sup> species de febribus ethice: et dicit de febris*

*bus ethice ut per hoc daret intelligi q̄ tam de ethica sene etutis q̄d de febre ethica intelligeret. Serapion. appellavit febres calidas et frigidas. Et Aui. dixit. cū confirmat in corde malitia cōplexionis nō recipit curā. Dicunt. non intellexit Aui. de malitia cōplexionis cōfirmata rōne tem poris morbi que est cū peruenit ad statū inclusum. Nā vt sit febris in statū nō posset curari: nec de confirmata rōne inherendi morbi que est quādō nō est in fieri: sed in facto esse. et independens a causa. Nam si sicutunc prima species ethice et principiū secunde nō possent curari: sed intellectis de cōfirmata rōne ultimitatis malitie. Nam oīs cōplōnis malitia taliter cōfirmata nō sanat in aliquo mēbro sed bñ alia ab ipso: vñ sit q̄d minor gradus malitie in corde maior reputādus est q̄d gradus aliquātū maior in alio mēbro. Unde ēt dixit Aui. q̄d malitia complōnis in corde nō cōfir mata non est facile receptibilis cure.* ¶ *Dicunt. q̄d species malitie cōplōnis nō cōfirmata in corde est difficultis cognitionis verū est a tota spē curabilis nisi errore impediatur: q̄dū non faciliter: sed q̄d cōfirmata est facilis cognitionis et impossibilis curationis.* ¶ *Dixit Mes. egritudines cordis sunt debilitas pulsus tremor: et sincopis: hoc tñ in quantū sequunt̄ egritudines predictas sunt proprie aci dentia eaz: sed in quantū sequunt̄ cas egritudinū dictarū sunt. ppter morbi ut dicūt quidā. Attamen q̄d oīa predicta sunt proprie actiones leserō proprie sunt acciūtia: verū im posita sunt ad significandū egritudines: et inter egritudines ab auctorib; numerant̄ et eo maxime: q̄d egrī solum has lesionēs percipiunt: et ex ea perceptione se egrotant̄ as serunt̄ q̄d ppter earū vehementiā ad se curam divertunt. Luratio aut̄ ppter debet egritudini. Et dixit Mes. he quidē egritudines easdē fere habēt radices nō aliter disse rentes nisi sicut debile et forte. Lansantia. n. has egritudines cū sunt debilia et remissile imprimita faciūt debilitatē cordis: amplius aut̄ elevata ut impriment agitationem lessūam in ipso faciunt cadere diversitatē in differeñtib; motus cordis simplicib; perceptibile que a magno ad paruum: a veloci ad tardū: a raro ad frequētē: et ex tunc fiunt con stitutiones due aut enim fiunt nō integre neq; in omnib; sed cū quadā interpolatione et vicissitudine: et sic fit pulsus cor dis: aut integrē cū quadā continuatiōe: et sic fit tremor cor dis: cūq; n. vehemētiora fiunt ut imprimit vehementis impressiones sortis ledētes: et impedites aut p̄focantes motus eius: aut sepientes spūs ad interiora: aut inter cidentes: aut cōgregates eas ad principiū: aut resecantes absq; eo q̄d est in radice faciunt sincopis: vincentia autē ea ultima victoria supra nām ita ut abstindat spūs et calor viter: aut extinguat in minera sunt causa mortis. Sic igit̄ habent predicte egritudines ad se habitudinē fin quāna precedit alteram: et portendit illā: et perducit ad eā maxime cū a causis perueniunt magnis vñ debilitas cordis cardia cam siue pulsū cordis cardiacā tremorem: tremor sincopis subitanēam portendit mortem.*

*Egritudines aut que euētis cordi per cōitatem. dixit Aui. aut sunt ppter cōitatem capsula: aut cerebrū: aut lateris: aut pulmonis: aut epatis: aut intestinorū: aut aliorū viscerū: et proprie stomachi: et q̄d̄ per cōitatem tosus sicut in febribus.* ¶ *Et passio quidē in corde ppter cōitatem aliorū mēbroz. puenit: aut q̄d aliud mēbrū non trāsmittit cordi qd̄ dñ fin naturā sicut epā nō trāsmittit sanguinē cordi: aut sicut cū cerebrū nō trāsmittit ei spiritū animale: vel nō trāsmittit eū ad dyaphragmā. et la certos anbelitus: et nō sit anbelitus sicut debet: et p̄patitur inde cor aut q̄d mēbrū trāsmittit qd̄ nō debet trāsmittere: et cū ex cerebro p̄ viā arteriarū penetrat melia in ipso multipliata ad cor: et eritatis tristitia tremore cordis et casum vñsis. Et sicut cū ei trāsmittit epā sanguinē nō landabileē grossum caliduz vel frigidū. Aut sicut cū ab alio mēbro cōtatur*

*Que fin  
egruadi  
ne cord  
et quo ac  
uicēt  
natur.*

*De egrit  
dimicor  
dis p̄t  
tatum.*

*Utrū cor  
sufficit so  
lutionem.  
continui.*

*Cor suffi  
net vlcera  
et bothoz  
aliquo spa  
cio tps.  
Dis dolor  
vehemētis  
in corde ē  
mortalis.  
Aphain ca  
psula cor  
dis euētis  
ens p̄miti*

*Omnes in  
tensus ca  
lor valde et  
oī frigus  
intensum  
valde i cor  
de interi  
vñs.*

est cordi mala qualitas per alterationem partis post partem ait  
pp vicinitatē sicut cū patet cor pp apā pāniculi sui vel alio  
re mēbroz sibi vicinorū: et sicut cū coicat oī stōi et ipsi sto-  
maco qñ ledit ab humorib⁹ malis viscosis vel mordica-  
tiis vel vomiti laborioso vel mordacitudo: aut vermib⁹  
in eo contētis: et tremore oris stomaci: et accidit pp hoc tre-  
mor cordis: aut in dolore maxime oris stōi qñ fit vehemens  
et peruenit ad cor: et qñq̄ interficit. Aut fit pp mutationē  
māe male ab alio mēbro ad corsicut cū permutas materia  
squamatie pleuresis: vel peripleumonie ad ipsum cor: et est  
talies permutatio timorosa valde: et qñq̄ suffocat et interficit  
subito. **C** Dicit Aver. mēbrum qđ maxime cum corde  
coicat est os stomaci. **C** Lōtates tñ qñ cadunt inter cor et  
alia mēbra et pāniculū eius. i. per pāniculum eius et eo me-  
diantur vel rōne lui. dicit Aui. nō op̄ vt consequantur perni-  
ciē et si est apā. i. qñq̄ sit apā cā coicationis dū apā non est  
calidū: qđ ipsum est tñ permittiosum: et oēs isti modi redu-  
cunt ad modū in quo trāmittit qđ nō d3. **C** Dicit Sal.  
5 de interioribus. capsula cordis si infirmet nō ex nobili-  
bus mēbris cōputabit. s. qđ tu ad magis uideat lesionis  
inde sequendā et mortis suffocationē nisi cū ipsa calida ha-  
bente apā cor pp colligantia patias. Sed cū sola capsula  
patet sicut cetera mēbra que sunt creata ad custodiendū  
et cooperiendum vel defendendū alia membra nobiliora  
non deducit infirmum ad mortis suffocationem.

**C** De signis dispositionū sive complexionum naturalium  
cordis. **Lap. vi.**

**A** licenna octo posuit fore ea qbus me-  
diatis significat sup dis-  
positiones nāles cordis que sunt pulsus anhe-  
litus creatura pectoris q̄ nascunt sup pectus  
et tactus corporis. al. pectoris. et qđ accidit in  
ipsorū mores et fortitudo et debilitas corpo-  
ris et meditationes. Proprius tñ significans complexionem  
cordis. dicit Auer. 4° colligit est pulsus: qñ vt dicit Sal.  
16° pulsū. Impossibile est quā mutent arterie v̄r in cor-  
dis passione pp societate ipsarū ad ipsum. Et significat tam  
pulsus qui reperit in pectoris ex motu cordis qđ ille quis re-  
perit in arteriis. Et post pulsum. dicit Aue. est anhelitus.  
ipse. n. qđ fit in fine cordis. s. in eventationē eius significat  
super ipsius dispōnes: cū varie fū variationē finis. s. ne-  
cessitatis eventationis cordis. Et creatura. i. plasma pecto-  
ris significat sup dispōnes cordis maxime fū sui magnitudo  
et paruitate et mediocritate ipsius. Et qđ nascit sup  
pectus. s. pili et tactus et pectoris al. corporis: et qđ accidit  
et in ipso significant super dispōnes cordis sicut significat  
effectus sup suā cām. **C** In indicando aut sup complōne  
cordis pmores op̄ attēdere pditionē quā addidit Sal. di-  
cens qđ quicquid de morib⁹ bonis et malis dicit ad signi-  
ficandū crasini cordis h̄z veritatē si illi mores nō fuerint p  
doctrinā vel per phiam adepti: sed sunt a nā insiti. **C** Dicit  
Balz. qđ homo per doctrinā posset afflueret alijs morib⁹  
ab insitis a nā: tñ semper vñ restat signū ad iudicandū de  
crasini cordis per ipsos: et qđ si homo sit affuetus per do-  
ctrinā faciliter redit in mores insitos a nā: et posuit exem-  
plū de quodā qui erat in morib⁹ nāliter suriosus: qđ cali-  
di et sicci cordis erat intravit monasteriu et per doctrinam  
bene se regebat a suria: vñ si aliquis molestatas faciliter  
redibat in suriam consuetam naturalem.

**S**igna quoq̄ complōnis calide nālis sunt. p1° est. dicit  
Sal. in tegni. audacia et ad actioes impigratia  
et hoc qñ non multū excedit: sed si ad ultimū veniat calidi-  
tas: ita qđ multū excedat temperamento tunc nō solum est  
audacia sed furor et maniacā cōfidentia. i. furor cū aggressi-  
ōne rerū periculosarū pp̄ter p̄sentationē diversarū spēx  
et est hic furor filis furorū maniacorū qui cōtingit pp̄ter in-  
tensam calitatem facientē immensam ebullitionē pp̄ quam

diverse spēs imaginatiue presentat̄ diversis vaporibus ad  
cerebrū eleuatis. **C** Aui. vero dixit. ira et audacia et furio-  
sitas et lenitas motū signant caliditatem cordis: et h̄z verita-  
tē si tales dispōnes fuerint nāliter insitē: nō aut si fuerint ex  
malitia vel studio seu consuetudine acquisite.

**C** 2° signū est dicit Sal. in tegni. his est pilosum pectus et  
circa hypocūtria et his proxima. Est. n. in partibus illis  
mā piloz multa: ex forti. n. caloriz actione in humidū par-  
tū predictarū multus sumosus vaporis insurgit qui est mā  
pili. **C** Et Aui. dicit. pili orti supra pectus si fuerint pluri-  
mi et pp̄rie crisi signant caliditatem cordis. Et h̄z veritatē  
si nō fuerit alia cā phibitionis generationis piloz ut aeris nul-  
la frigiditas: vel regio multū humida et illa: aut nā si cā  
generationis piloz in dictis locis presentia multe māe si-  
cut est in cōplōne multū humida in qua ortantur multi pili  
supra pectus dato qđ cor sit frigidū: nec tñ in tali  
casu pili illi nō sunt ḡ ossi neq̄ c̄pi. Dicitur. iudiciū sumi-  
ptū ex pilis presupponit etate cōveniente generationis eorū.

**C** 3° signū est. dicit Sal. qđ in pluribus eorū totum corpus  
reddit calidū nāsi cōtra opere ep̄ar. **C** dicit Auer. 4° col-  
liget. scias. qđ ad calorē cordis sequit̄ calor omnū mēbro-  
rum excepto qđ nō sit resistēta accidentalis a mēbris haben-  
tibus dominationē in corpore: si tū sunt ep̄ar et cerebrum.  
etenim possibile est qđ ex parte isto et duorū mēbroz ex par-  
te mēbroz cōsūlū ex quib⁹ sunt cōposita sit cōplō frigi-  
dior debitos: et tunc erit cor calidū et cerebrū frigidū. Et di-  
xit qđ in habēte rale cōplōne refrigerabit̄ in fine cor. et ma-  
xime qñ dominab̄ frigiditas: qđ hoc mēbrū nō est factū  
ad cōtemperandū caliditatem cordis. **C** Aui. aut dicit cali-  
ditas totius corporis signat caliditatem cordis: qđ ex corde  
calido per influxū sit totū corpus calidū. et hoc nāsi resiles  
fuerit splē et ep̄ar cū frigiditate sua: qđ tūc nō reddit totum  
corpus calidū. **C** Dicit. ex cōtraoperātia cuiuslibet duorū  
mēbroz cū frigiditate sua nō reddit corpus totū calidū et  
corde calidov̄ verūtū maior est resistēta cerebri in hoc qđ  
epatis tantū qđ si cerebrū fuerit multū frigidū tñ infra-  
frigidabit̄ qđ in fine totū corpus reddit frigidū. Et dicit cō-  
tra operātia epatis in hoc maior est ea qđ splenis. ita spleni  
totū aut nō contraoperat̄: aut modicū: et ideo neq̄ Sal.  
neq̄ Auer. de splenie in hoc fecerūt mentionē. Hoc itaq̄ si  
gnū non est pp̄rium: qñq̄. n. sanguis et spūs influxū a corde  
de calido super totū habeat reddere corpus calidū: tñ qđ  
nō solū dependet calitas totius ex influxū cordis: sed etiāz  
cerebri et epatis ideo nō pp̄rie iudicas per ipsū super cor.

**C** 4° signū dicit Sal. est pecto: is latitudo. nā calitas cor-  
dis dominans fū p̄mā generationē dilatat et augmentat  
mām in circuitu eius: et reddet pectus et qđ est in circuitu  
eius magnū latū: et est verū. dicit Sal. nāsi cōtraoperat̄ in  
hoc cerebrū. **C** Et Aui. dicit. pectus ampliū latū si nō sue-  
rit tale pp̄ cerebry magnū signat calitatem cordis. Modus  
aut cōtraoperationis cerebri in hoc est: qđ nūca in magni-  
tudine sua pp̄portionalis est magnitudini cerebri a quo ori-  
tur: et spōdilia pp̄portionalē magnitudinē in uice et coste pro-  
portionant magnitudini spōdiliū: et pectus necessario se-  
quis magnitudinē costarū: et qđ caput pp̄portionalē magni-  
tudini cerebri hinc est qđ fū hāc viā pectus pp̄portionatur  
capiti. **C** Dicit p̄dictū signū h̄z veritatē vt in pluribus: qđ  
possibile est cerebry esse magnū pp̄ multitudinē māe prae-  
et tūc nūca nō erit necessario magna: et per qđ nō nec spēdes  
neq̄ coste neq̄ pectus. Nec in tali calū pectus pp̄portiona-  
tur capiti. Et iō subdit Sal. si cū p̄o capite torat magnus  
fuerit: magna cognitio caliditatis cordis est hec: qđ signū  
est qđ torax nō est magnus pp̄ calitatem cordis. Sicut et in  
opposito qđ cū magno capite torat est pectus est maria co-  
gnitio frigiditatis cordis pp̄ oppositā cām: iō dicit Sal.  
qđ torax pp̄portionalē capiti magnitudine tñ exalit̄ signis  
iudicandū est sup cōplōne cordis. **C** Notant aut qđ quis

cor et cerebꝫ possint esse cā magnitudinis pectoris cor tñ  
magis est cā eiꝫ qz cerebꝫ; qm̄ cerebꝫ solū pp maz hꝫ: cor  
aut pp efficiente et pp fine. Et hoc signū et nō est pprium.

**C**5<sup>m</sup> signū dixit Sal. est pulsus velox et spissus. Et Ave. dixit 4<sup>o</sup> colliger. qm̄ pulsus est fortis. i. magnus: aut velox  
aut spissus significat calorē nisi cōtingat pp stricturā nālē  
in locis arteriæ: qz quis hoc raro accidat in op̄ione calida:  
qz nālē calitatis est extēdere partes et aperire nisi solet sicce  
eo qz siccitas resistit extēsionē: et sic cū siccitate associat du-  
rities tactus signū ultimitatē siccitatis. Et Ave. dixit. pul-  
sus velox magnus et frequēs significat caliditatem cordis.

**C**6<sup>m</sup> signū. dixit Sal. est magnitudo respirationis. i. anhelitus. Et Ave. dixit. anhelitus supra idē qz pulsus. Et Ave. dixit. anhelitus magnus velox spissus et calidus. **C**Notat qz non ad omnē caliditatē cordis requiriſ velocitas et spis-  
titudo pulsus et anhelitus: sed solū ad eam que est multum  
intensa. Sed ad caliditatē cordis nō multū excessum su-  
pra temperamentū sufficit magnitudo. Et ad significandum  
hoc Sal. in signo sumpto a pulsū explicuit de velocitate et  
frequētia: et nō de magnitudine: et in sumpto ab anhelitu  
explicuit de magnitudine: et nō de velocitate neqz de fre-  
quētia. Et notant. qz lī in hō dispōne dyastoles et sistoles  
augeant: plus tñ auget dyastoles qz sistoles: qz in simplici  
complone calidatē cordis supra temperamentū plus egeſ necessi-  
tas euētationis caloris qz expulsionis humorū: lī. n. multa  
caliditas multā faciat euētationē multū et ex ea resolut  
insensibiliter et alter qz per pulsū et anhelitum.

**C**7<sup>m</sup> signū. dixit Ave. est qz meditationes cū declinat ad in-  
quisitionē sollicitudinis. i. multitudinis curarū: et disfun-  
ctionis et conventionis et discordie significant debilitatem  
cordis non temperamentū: sed excedentem caliditatē: qz ab  
excedente caliditate procedunt sollicitudo curarū et rixas  
sed quando caliditas non multum excedit est bonitas cre-  
dulitatis: qz omnibus credit et spacioſitas spei qui est cali-  
di cordis cito deliberaſ et cito iudicat.

Signa co-  
plente frī-  
gide.

Utrum in  
complone  
frida pul-  
sus cū sint  
minores  
necessitatis  
sunt tardio-  
res aut ra-  
tiores.

**L**omplexionis aut frigide naturalis cordis si-  
gnata sunt. Primū est. dixit Sal.  
in tegni in frigidore corde pulsus sunt minores cōpeten-  
tibus nō tñ sunt de necessitate tardiores aut ratiōres. De  
quo dicto Gentili repiegredit Sal. d. qz si pulsus sunt  
paruiores de necessitate sunt tardiores et ratiōres: et hoc  
probat auctoritate ipsius Sal. in lib. de distria vbi ait. qz  
parū ea que s̄m nālē caliditas diminuta facit pulsū mi-  
norē multū vero tardiorē: plim aut ratiōrem. 2<sup>o</sup> auctoritate  
Ave. 1<sup>o</sup> terri. qz pulsus sunt parū tardi et ratiōne sum-  
pta ex verbo Ave. 1<sup>o</sup>. primū. vbi dixit. virtus cū diminuta  
necessitate non multū minus ab equali ergo non multū facit  
pulsū parū: ergo necessariuz est ipsum esse parū tardi  
et ratiōne: qz si nō multū minus pulsū facit ipsum minus  
parū qz debeat pro necessitate diminuta: ergo faciet ipsum  
tardi et ratiōne. 4<sup>o</sup> rōne sumpta ex verbo Sal. 2<sup>o</sup>. pulsū, vbi  
dixit. qz per augmētū necessitatis ultima dīa que acquiri-  
tur est spissitudo. 2<sup>o</sup> est velocitas: et prima est magnitudo.  
Et sic per oppositū ad diminutionē necessitatis. pma dīa  
que acquiriſ est raritas. 2<sup>o</sup> tarditas et ultima paruitas ergo  
nō pnt esse pulsū parū quin sint tardi et ratiōne. Neqz qdē  
hoc mirū est. dixit Henti. qm̄ virtus satissaciens necessita-  
ti dīa satissacere illi cū differentia cū qua melius pōt: et talis  
differētia est magnitudo: ita qz si prius satissacit cū magni-  
tudine. prius aut faciet raritatem. 2<sup>o</sup> tarditatem: et ultimo di-  
mittendo magnitudinē faciet paruitatē. **C**Glosator autē  
saluans Sal. dixit. qz cā paruitatis nō est diminuta necessi-  
tas: sed virtutis debilitas: et ideo nō est necessarium qz sint  
tardi et ratiōne sunt parū: et cōcedit qz diminuta necessitas  
facit primo acquirere raritatem: et ultimo paruitatē qz vir-  
tus est cōstante nō: sed ea nō cōstante nō: et ideo nō est illud ne-  
cessarium. **C**Sunt autē et alijs saluātes Sal. et melius dicētes

qz sicut p necessitatē adactā pōt aliqui acquiriſ magnitudo  
nō acquisitatis velocitate et spissitudine ita possibile est per  
necessitatē diminutā aliqui acquiri paruitatē nō acquisitatis  
tarditatem et raritatem. Qd̄ sic declarat: nā pulsū stante ma-  
gno: nō tñ veloci nec spiso pp̄ter necessitatē adactā si tñc  
necessitas illius minuit: acquiriſ solū paruitas: et non tar-  
ditas nec raritas. Et rō est qz diminuta necessitatē prius  
adacta dīz deperdi a pulsū differētia pulsui accidēt aliter  
acquisitata ergo deperdet magnitudo et inducet oppositū  
magnitudinis. l. paruitas: qz sicut necessitas aucta fuit cā  
magnitudinis: ita eius oppositū. l. diminuta necessitas erit  
cā effectus contrarij. l. paruitatis. Bñ ergo dixit Sal. qz nō  
omnis diminutio necessitatis facit pulsū pmo raru: deīn  
de tardū: et ultimū parui: et sic pnt esse pulsū parui in fru-  
gidiori corde: non tñ necessario tardi et ratiōne. Uerū dicit  
isti. qz si per dispōnēm nālē vel ppter nālē acquirant̄ tres  
dictae differentiae supra temperamētū. l. magnitudo velocis-  
tas et frequētia: tñc per diminutionē necessitatis illius p̄i-  
ma dīa que erat acquisita stāte virtute est illa que ultimum  
perdit et ecōuerso. Et rō est: qz qm̄cīqz aliqua dispō est cā  
alicuius effectus opposita cā erit cā effectus oppositi. Et  
sic dicit. qz in diminutionē necessitatis stāte virtute infra egle  
modicū fuit sit a cā accidētali fuit essentiali pma differētia  
que acquiriſ est paruitas: scđa tarditas: et ultimā raritas  
et hoc dicit voluit Ave. 2<sup>o</sup>. pmi. qz in complone facta pul-  
sus efficiſ pp̄rie paruiſ: postea tardus: et postea rarus.  
Confirmant: qm̄ necessitate ente diminuta cū virtutis de-  
bilitate pulsū efficiſ paruiſ velox et frequēs in dispōne  
nālē ergo ultra paruitatē quā facit debilitas facit cā parui-  
ta ē necessitas diminuta vt patet 3<sup>o</sup> pmi. de pulsū serus. et  
7<sup>o</sup> colliger. **D**icit. n. qz pulsū mulierū per coparationē  
ad pulsū virorū est paruiſ: sed est velox et frequēs et red-  
dit causam: qm̄ acquiriſ maior paruitas qz debeat ppter  
necessitatē diminutā: et ppter virtutis debilitatē qz p̄tūqz  
acquiriſ paruitas: ergo op̄z qz illud qd̄ deperdit per par-  
uitatē de euētatione acquirat per velocitatē et spissitudi-  
nē vt satissifat necessitati. Et hīa tenet pro tanto: qz erquo  
in dicto pulsū cā velocitatis et frequētis est paruitas maior  
qz debeat esse s̄m diminutionē necessitatis: que paruitas  
fit pp diminutionē virtutis sequiſ statim qz si in dicto pul-  
su nō esset paruitas sequēs debilitatē virtutis nō esset eo  
velocitas et frequētia: ergo cū diminutionē necessitatis for-  
titudine virtutis pulsū postiūt esse parui: et nō tardi neqz  
ratiōne: aut est multa necessitatis diminutio pulsū essent  
paruita tardi et ratiōne: ut dixit Ave. in hoc signo.

**C**Scđm signum. dixit Sal. est qz si torax tāto minor fuerit  
mediocris qzto cor frigidus est tēperato spūs. i. anhelitus  
erit pporionalis pulsibus. l. qz erit paruiſ: nō tñ de nec-  
essitate tardus et rarius si vō torax erit maior: frigiditate cor-  
dis: ita qz in qzitate nō sibi pporionalis nec correspōdeat  
frigiditatis: sed sit maior ppter magnitudinē cerebri et nu-  
cessitatis non tñ erit anhelitus paruiſ. sup. sed et paruiſ et  
tardus et rarius. sup. et et si torax est minor: et nō pporiona-  
tur frigiditati cordis: sed sit illud pp paruitatē cerebri et  
nuce ex paucitate mā: et nūc anhelitus erit paruiſ: sed erit  
cū hoc velox et spissus. **D**icit Ave. anhelitus paruiſ tardus  
et rarius significat frigiditatem cordis: rō p̄z et dictis  
de pulsū et similiter quomodo debeat intelligi. Sed ratio  
secundi dicti Sal. est qz quando torax est maior qz corre-  
spondeat frigiditati cordis: tñc in qualibet alteratione at-  
trahetur plus de aere qz sit necessitas: quare cum replebit  
eo plus cor qz egeat necessario tardus et rarius attrahet  
vt per tarditatem et raritatem remittatur illud qd̄ perma-  
nitudinē fuit attractum ultra indigentiam. Et dicit. per  
oppositum huius rōnis sumitur ratio tertii dicti. l. illius  
qz suppletum est. l. qz si torax fuerit minor qz qd̄ respōdeat  
frigiditati cordis anhelitus erit paruiſ velox et frequēs:  
quia

**A**mare contrite vel masticate superpositae valent. Reperitur autem alia lacerta breviora lacerta communiaque est multorum venenosa et similis veneno salamandrie. Et ei etiam multum similitudine sed non tolerat ignem sicut salamandra. **S**alamandria enim sicut dicit Sal. tertio de complexionibus capitulo quarto si in igne parvo spacio moretur non efficit in ea operationem sed si spacium eius in eo plongetur aduritur. Et hinc apparet non soe verum quod extinguit qdam ut dicit Aui. quod ipsa non aduritur et quod si pignatur in larem ignis extinguit ignem. Et multo minus est verus quod dicit quod ignis nutrit salamandram. **E**x mortu salamandre et etiam lacerte ei similis accidit in capite dolor et inflamatio fortis alia litera habet in corpore et utraque verificatur. Et hoc ideo accidit quia vehementer alteratur ad malam complexionem calidam. Et quia sua caliditate vehementer facit evaporationem ad caput et inflamatio et dolor preceps in eo sentiuntur. Et inde accidit tenebris in oculis. Et dicit Aui. accidit gravitas in lingua et punctio in ea immo ut dicunt alii intumescit lingua et apostenia propter multas materias et multos vapores qui sursum ascendunt: quorum portio in lingua remanens pungit et apostenia ipsam: et portio dirigitur ad nervos quibus parallelis accidit: et stupor et tremor. Et dicit Aui. quandoque accidit nigredo in membro morto propter adustionem a veneno: et accidit illa nigredo sicut figuram rotundam: quia illud venenum equaliter in omnem circuerentiam agit. **E**t quandoque accidit casus eius. scilicet denigratum est et corruptum. **C**ura horum mortuum perficitur ligatura suctione: scarificatione: et attractione veneni ad exterius ut in alijs est dictum. Et ex superapponendis loco propriis in hoc veneno estrita: et proprie agrestis. Et de appropriatis summis ab intra. dicit Aui. est resina ex quacumque pino sumpta cum melle et bibatur vinum decoctionis campestris. Et dicit Avice. curetur cura cantaridarii quare conueniunt medicinae infrigidantes et humectantes. Et lac multotiens sumptum: et proprie vaccinum: illico cum mulsum fuerit. Et potus situlep cucurbitinum vel violatum cum aqua frigida. Dicit Avice. Quidam dant ranas decortatas ad comedendum: et ius earum ad bibendum: et emplastrata etiam cum carne earum. Et similiter faciunt de testiculis campestribus vel marinis. Et quidam exhibent ad comedendum epar porcinum: vel caprinum cum acetato. **D**icit Zoz. dicitur quod ex comedione lacertorum: scilicet communium accidit tircosatis: et est species pororum. Et cura est sumere tyriacam magnum. Et subdit proprietas lacertorum est quod si quis sumperit eas aut biberit de aqua in qua fuerit mortua magnum corporis insert nocumentum. Et dicit. cuz es se in marascem: scilicet in hospitali accidit quod in aqua quam bibebam percipiebam odorem horribilem: et omni die mihi videbatur quod multiplicaretur quare ordinari et seci hominem quandam intrare puteum ad videlicet quid esse possit credens quod aliqua reptilia in eo cecidissent. et ille questionis inuenit lacertas multas mortuas: pars quarum erant soluta: et pars non: unde timens ne inde possem habere documentum incepit bibere de tyriaca: et recipie de ea pluribus vicibus. et sic evasi ab eo gratia dei: sed tamen post longius septus ora fuit mihi pustula super puncta nisi ad modum granuli. Et ego supposui de tyriaca et cognoui quod erat adusta venenosa illuc expulsa a natura: et quod humor ille generatus fuit ab aqua lacertarum predicta.

**C**ducta dicitur pediculus vulturis. Et dixit Aaron q̄ est animal minimum simile pediculo. Eto dicitur q̄ est simile pediculis qui generantur in pectine & sub ascellis. Et propter suam paruitatem. dixit Auicen. non cauetur ab eo. & fortasse nō videtur mortuus eius. Et dixit Aaron quē mordit non audit nec videt. & facit motum sanguinis adurem-  
tem. Et Auicen. dixit. facit erumpere sanguinem p̄ vñaz & p̄  
nare & per annum & per vomitum propter subtilitatem &

acuitatem veneni eius. quoniam venenum eius est vehementis caliditatis et siccitatis. Et dixit Aaron. facit sicut in antis et occidit. et possibile est quod non occidat si medicus eis in principio succurrat et dat ei lac nouiter multum et res frigidae et humectantes. Et Iudeus exhibet lac cum aqua calida. Et quidam exhibent frigidae virtuosa et butyrum recentes. Dixit Auicenna. confert ei portulaca et succus eius et mucilago psyllij aqua endiuie vel lactuce et cucurbite et citrulli et reliqua extinguentia; et de conferentibus cum proprietate est terra sigillata et zedoaria. locus autem mortis scarificetur et sugatur. et postea emplastretur cum solastro. dixit Auicenna. locus liniatur cum beshaar et cum succo lactuce et sandalis rubeis.

**C**est autem dixit Aui. vermis habens. 44. pedes et oī latere. 22. et longitudo eius quandoq; est palmi viii: et quandoq; ambulat ad anteriora: et quandoq; conuerteritur dispositio eius. s. et ambulat ad posteriora vel quandoq; conuerteritur dispositio. s. quia in se contrabitur et conglobatur: et habet venenū quoddam cum quo accidit dolor parvus et sedatur statim: et flos assodilli est tarsiaca eius. s. cum bibitur: aut emplastratur. Dicit Dyas. cura est emplastrare locum cum acetō sale et melle. Et Aui. dixit. quandoq; sufficit administratio salis cum acetō.

**C**est et alius vermis dictus porcus lutus. et est ut dixit Aui. habens multos pedes acuti veneni. et propter sui acutitatem est in indicio pediculi vulturis et vesparum quasi sit in medio eorum. Et cura eius est scarificare locum mortuum: et ut dicitur. 20<sup>o</sup>. continentis. apponere ventosas fine scarificatione et linire locum cum oleo violi. **C**Amplius multe sunt species vermium mordentium venenosorum: et quorum non habemus nomina. Lura tamen mortuum eorum similis est cure mortuum predictorum. Dicit Plinius libro 29<sup>o</sup> et stellio mortuus in vino lentigines inducit in facie eius qui biberit illud et remedium est oī vitellum et mel et nitrum.

**E**t de ranis et bussionibus. Cap. xxi.  
**Uffo est** de speciebus ranarum et estrina magna a quibusdam dictabotrax et est turpis aspectu ventrem habens latum et grosulum et cutem durissimam: difficulter penetrabilem et cor eius declinat ad cistrinatem obscuram. Et oculi eius sunt valde luentes. Et de bussionibus dicitur in de hysto: ihs animalium q[ui] ipsi habent os quoddam in partem eius dextram q[ui] possum in aqua seruenti statim infrigidat eam et delatum fumat febrem quartanam et reddit gestantem gratiosum et acceptum magnatibus et cunctis genibus, verumtamen non specificatur ibi quod sit illud os. Alij autem dixerunt hoc de lapide quem dicunt in eo reperiri. **C** Et bussus fugit a radiis solis, et ideo secundum plurimum reperitur in locis umbrosis sub plantis et sub caulinibus inestate: hyeme vero latitat in cavernis et reperitur ex eo campestris et nemoralis: et veteres est venenosus, sed nemoralis est deterior. Et ipsius complexio ponitur frigida et ipsius venenum frigidum et bussus mediante expiratione venenatis faciendo aerem in circuitu, et animalia etiam que sunt illi propinquata. **C** Et retulit mibi sive dignus q[ui] vidit bussus nem cum serpente pugnare. Et post parvum serpens fugit et ascendit super quadam piro: et bussus iuit ad pirum illam et stans aspicebat in serpentem illum: et tunc valde intumuit. Et post parvum spacium serpens ille coedit de piro semimortuus. Et ex illa hora proposuit in corde suo non trahere morari in loco in quo esset bussus. Et exdictis huius viri potest colligi: q[ui] tunc maxime est ab eo discedendum cum inflatur venter eius et intumescentia tunc cogitur ad emitendum de veneno plus et longius. **C** Et bussus etiam sua expiratione insic fungos in circuitu eius Nico. sermo. iiiij. RRRR

De true  
bille. 44.  
pedes.

De ôme  
deo por-  
luti.

卷之三

Sangt Gustav

vel canerne ipsius nascentes: inficit etiam radices et herbas quas mordet salvia sua. ipse enim ledit mortuus et expiratione. cum enim aer ab eo infectus inspiratur peruenit infectio eius ad cor: et cum sua infectione et frigiditate venenosa inficit ipsum et alterat etiam cerebrum et nervos. unde succedit stupor. Et dixerunt quidam quod qui infectus est ab eo non comedat salviam. quoniam ex occulta proprietate habet conuentiam cum buffone: per quam agendo addit in robur veneni eius. Sed ruta opponitur ei cum proprietate: et sumpta est bezaer eius: et retenta in ore et masticata resistit quod non noceat inspiratio aeris infecti a buffone. sed comesta plus valet. Et si quis fuerit infectus ab eo sumat tiriacum vel metridatum et alias medicinas calidas cordiales cum vino decoctionis rute. Et bufo quidem et ranas quedam male venenant etiam si comedantur. aut si bibatur sanguis earum. Dicit Sal. et ponitur 20° continentis. Si quis comedit ranas: scilicet malas et buffones corpus eius intumescit. quia frigide illius debilitatur digestio: unde multiplicatur ventositas et humiditas etiam cruda. unde efficitur sicut hypostaticus. Et exinde accedit color terreus mortificato calore. Et exinde corrumpuntur humiditates in stomacho. unde accedit fetoris: et accedit ei inuoluntaria emissio spermatis mollificatis ab illis humiditatibus indigestis vasis spermatis. Et accedit ex assumptione sanguinis earum tremor cordis et sincopis mortificato calore in corde. Et de cito interuentibus collocatur si non cito subueniatrum cum vomitu frequenter provocato cum aqua et oleo iterato donec perfecte enomatur sanguis ille vel caro comesta. deinde dentur medicine tiriacaes et cordiales calide cum succo rute: et ingenier ut sudet. Ait enim Sal. multiplica ei ambulationem sudorem et balneum et c.

De punctura apum vesparum et scarabeorum et musculorum et formicarum et c.

Lap. xxiiij.

**V**esp cum pungunt dimittunt aculeum in punctura: quoniam subtilis est et oblonga: unde faciliter frangitur. Vespa vero est duarum specierum: quoniam una est vespa minor: et communis omnibus nota. Et alia est magna oblonga confusa vespa minoris est: et deterior ea multum: scarabei vero sine calabrones dicti zurumbi: sine zambor: sunt animalia nigra volantia: sed tamen sonitum facientia in volatu. Et muscae quedam sunt magne et citrine: et quedam sunt muscae canine. Et sunt formice volantes: et sunt etiam quedam alia animalia volatilia similia predictis: et axillae: et omnia ista habent aculeum cum quo pungunt: sed non dimittunt aculeum in loco: et ideo post puncturam iterum possunt pungere: ut dictum est preter apes et c. Et predicta omnia animalia calida sunt et secca: habentia venenum acutum in cuius acuitate differunt secundum magis et minus. Formice enim volantes sunt minores acutatissimae: et minoris nocentia inde muscae: et postea apes: deinde sunt vespe communis: postea calabrones et ultimo sunt in malitia vespe magnae: et sic differunt in intensione et remissione accidentium consequentium ad puncturam ipsorum: non enim tamen puncturam eorum sequitur dolor in loco propter malam complexionem calidam: et continuatas solutionem. Et rubet ideo locus: quia materie calide sanguine trahuntur ad locum propter dolorem et caliditatem: quibus apostematur et tumet locus: quod si aliquando plura ex eis concurrunt ad pungendum super eodem membro efficitur: aliquando in eo tumor vehe mens. Ego enim vidi quandam cuius faciem vespe communis multe pupugerunt: et tumuit facies adeo quod erat terribilis aspectus. Et punctura autem vespe magna: et dicitur 20° continentis. accedit inflatio membrorum quan-

doque spasimus propter communicationem factam nervula: et acuitate veneni eius: et quandoque subiectus: id est impotens vigilandi resoluto multo spiritu animali: et accedit debilitas genuum propter impotentiam tolerandi corpus. Et ex punctura earum que similantur catarribus: scilicet in magnitudine: et fortasse etiam in effectu: et non in colore: quod canticides sunt virides: et iste sunt citrini. Et in figura similatur plus muscis quod vespis: accedit ampulatio corporis: scilicet in loco puncture et in circuitu: quia ad puncturam earum trahitur multa humiditas que expulsa ad superficiem causat ampullas: et est in loco dolor multus: quod caliditas quaz imprimunt est multa et multum trahens et alterans. Et accedit gravitas lingue: quia inflatur ex dissolutis materialibus que fluxerunt ad eam.

**L**ura. apes specialiter exigunt ut extrahatur a loco aculeus. hoc autem facit cinis oleo permixtus illinitus vel emplastratus: aut fermentum superpositum. Et omnes predictorum puncture curantur pupigerunt: vel alia de sua specie contarentur et superponantur. In cura tam vespe male magne et similiter cuiuscunqz alterius predictorum ad quem sequentur accidentia mala est necessaria: et scarificetur locus saturatur et emplastretur sicut in aliorum morbis malis dictum est: et ut dentur medicine tiriacaes et cordiales: deinde alteretur mala complexio cum infrigidantibus et humectantibus. Reliquarum vero puncturarum dictarum experdit: ut sedetur dolor et prohibeat tumor et apostema. Dicit Avicen. epiphimetur locus cum aqua decoctionis male solatri et citrullorum. Dicit Sir. als. Senni. quod citrulli sunt mirabiles cum proprietate que est in ipsis. Et malua quando crudus teritur et miscetur cum butyro: et inungitur ex eo non nocebunt ei. Et si ponitur super puncturam avertit ardorem et dolorem. Et de mitigantibus dolorem est positio membra puncti in aqua calida: et teneatur in ea per horam: deinde subito permittetur ad aquam frigidam: scilicet vel in qua sit dissolutum sal permixtum cum aceto paucum: quoniam alterat malam complexionem calidam et prohibet tumere locum. Et emplastrum ex lentibus decoctis in aceto: similiter operatur. Et similiter opera lenticaula aqua cum aceto superposita. Et ex his que valent cum proprietate sunt folia albedo: et cum defluerit fricantur. Et cum punctura vespe fricatur cum folijs xilocarante recentibus: cessat dolor statim. Et ex eis est sterlus ericij dissolutum cum aceto et superpositum. Quod si sedato dolore tumor vel aliqua materia in loco remanserit superponatur sisymbrium contusum. Et folia lauri contusa superposita resolute illam. Si vero aliqua mala complexio in corpore remanserit calida curetur: cum infrigidantibus. Dicit Galenus. bibant succum lactucarum et similium herbarum frigidorum. Dicit filius Meluay. quod balsamita habet proprietatem: quod si fumatur ex ea aur. j. cum sirupo acetoso facit cesse dolorem et c.

De punctura aranee et rutele. Lap. xxiiij.

**R**anea est animal notuz: et est pauca et magna. Et est ex alia alba: alia subalbida: alia nigra. Et que magna est: et nigra est venenosa mala. Ego vidi quandam lumbardum floriente in hospitio corone: qui quendam araneam nigerrimam et magnam combusisse lumen candele. Et commorans in loco osculetum: illius araneae: et statim incepit debilitari et incurrit lipotomiam: et quanta nocte passus est pulsus cordis et cecidit pulsus eius: ita ut vix percipiebatur. Et curatus fuit cum tiriaca diamurso et pulvere zedoarie mixta. Rutela vero est animal parvum simile araneae: sed non est longorum pedum. Et dicit filius patriarche: quod eius species sunt multe: nam quendam

Sig<sup>n</sup>na  
morsis  
rutele.

Sig<sup>n</sup>na  
morsis  
rutele.

funtribet et accidit ex eis parvus dolor. Et quedam sunt nigrae: et accidit ex eis magnus dolor: et pruritus in loco et tortio et fluxus ventris. Et quedam sunt stellate habentes supra dorsum lineationes lucentes et equales: et ex eis accidit dolor vehemens: et horripilatio et grauitas capitis et mollificatio vehemens corporis: et ex eis sunt quasi pilose croceae: et accidit ex eis dolor vehemens in loco: frigiditas in corpore horripilatio tremor et sudor frigidus defectus vocis inflatio ventris exitus spermatis et multitudine urinæ. Et venenum quidem aranæ et rutele numeratur inter venena frigida: verum tamen venenum rutele est longe deterius veneno aranæ. ¶ Et ad puncturam sive morsum aranæ ut dicitur vigesimo continentis. sequuntur frigiditates extrematum et inflatio in ventre et erectio virge et horripilatio. Et similiter dixit Aucen. qd accidit venustas plurima in ventre per viam indigestionis: et remissionem caliditatis naturalis in ipso: ex qua cum descendit portio ad virginem inflat eam et erigit. Et frigiditas extremitatum accidit reuocato ab eis calore naturali: et mortificato propter frigiditatem veneni eorum: et est cum horripilatione: scilicet non vera: sed quidam leuis tremor sicut accidit aliquibus post cibum maxime temporiibus frigidis. ¶ Rutele vero sunt fortiora accidentia: et Aucenna narrat multas fore species eius: sed de hoc non est curandum. Et accidentia earum sunt qd locus apostematur: et tumet propter concursum materierum ad locum dolentem. Et est locus in primis horis rubeus propter sanguinem illuc concurrentem: deinde ut plurimum congelatur sanguis et locus fit viridis: id est lineascit ex mortificatione illius sanguinis. Et sentitur in loco pruritus: scilicet non verus: immo quidam sensus malus ex continua qzqz parvissima solutione continuatis quam efficit frigiditas veneni corrumpto. Et hic sensus similatur sensui puritus. Et dixit Aucenna quandoqz extenditur iste sensus usqz ad crus per extensionem frigiditatis illius propter cuius frigiditatis extensionem in totum corpus accidit frigiditas in locis nervosis et ossuosis semper: et proprie in eis que sunt sicut genua et alcatin: et dorsum et spatule: et infrigidatur corpus et tremit et horripilatur: scilicet non vera horripilatione. Et accidit ex illa mala complexione frigida dolor vehemens: et inde ex dolore vigilie et citrinitas coloris resoluto et mortificato calore naturali. Et imaginatur patiens qd ambo oculi sint humidiiores consuetor: et distillant lachryme guttis frequentibus: et hoc debilitatem contentiu virtutem oculorum que non potest continere humiditates que multiplicantur in cerebro propter frigiditatem: et discurrent ad oculos. Et sentit in inferiore parte ventris: et proprie prope pectinem: sicut euacuatio et inanitione: id est sicut vacuitas sequens ad euacuationem: incipit enim natura expellere humiditatem congregatam per superiorum et per inferiorum. Et quandoqz appetit in illa materia quod est sicut tela aranearum: id est materia flegmatica sua viscolitate tracta a ventositate dissolvente in modum tele aranee. Et fortasse est proprie tela aranee procedens sicut similitudine eius: quod dictum est de vestigijs canum evanescitibus in urina mortis a cane rabioso. Et accidit inguinibus et testiculis inflatio propter humiditates ad illa fluentes et iuncturis accidit contractio: sicut spasmus quarum forsitan dilatatio non equatur: scilicet contractionem: quia post qz sunt contracte non possunt bene extendi: et accidit dolor oris stomachi et nausea propter humiditates que in illo inuiscantur. Et emittit sudorem frigidum debilitata contentiu mēbrorum: et dominante in exterioribus frigiditate: et exprimente humiditates eorum que fluunt in sudorem. Et fortasse caput incurrit dolorem sicut est dolor capitum patientium birsen: id est apostema pleureticum in quo accidit quandoqz dolor capitum communitate vaporum. Et dixe-

runt quidam. qd accidit faciei citrinitas et corporis grana-  
tas et urine motus: cui fortasse associatur puctura: ut quā-  
do contingere aliquid colere emitte in ea: ut plurimum ta-  
men accidit fluxus urine debilitata contentiu virtute ve-  
sice. Et quandoqz egreditur eis ea sicut aranea. supple vel  
rutelas: scilicet simulachrum eius. Inuenitur alia litera que  
dicit vere motus: id est ventus cui et cetera. que etiam potest sal-  
uari. Et accidit neruis et genibus et pectini: vel pectori ten-  
sio vehemens a frigiditate congelante et exiccante: et simi-  
liter in stomacho: et quandoqz extenditur venter multipli-  
cata in eo ventositate: et lingue accidit abbreviatio propter  
spasnum eius: et retentio eius: scilicet in ore: quia non po-  
test extra mitti. Et propterea aliquando intantum substi-  
liatur vox ut vox audiatur.

**Lura mortuum** sive puncturarum aranee et ru-  
tele quantum ad intentiones  
curatiwas similis est cure serpentum mortis. Dicit enim  
Aucenn. qd in cura eorum iterum administratur cañ. uni-  
versalis de attractione et suctione: scilicet modis predictis  
cum scarificatione loci et omnibus modis prohibitionis  
consolidationis eius: et attractione per linimentum et em-  
plastra et epithema: et de his est al persio sive linitio loci eis  
lucco rute: ut dicitur vigesimo continentis. Et Aucenn. di-  
xit. cum aqua calida cum sale mixta. Et quando dolor est  
vehemens: oportet ut sedetur. Et de sedantibus ipsum ut  
ibidem dicitur: et dixit etiam Aucen. est intrare frequen-  
ter balneum: ipsum enim et tina sunt velocis sedationis do-  
loris eorum: nam cum ipsi ponuntur in tina sedatur dolor  
eorum: et cum egredimur ab eo redit: quare oportet ut bal-  
neentur omni hora. ¶ Et de appropriatis ab extra est em-  
plastris de cinere calido cum sicubus et sale. ¶ Et de exp-  
tis bonis ab intra sumendis est sumere aristol. rotun. et ci-  
minum cum vino lymphato cum aqua decoctionis cypres-  
si. Aut. 3. iii. aristol. dicte cum vino decoctionis gentiane et  
menthae. Et oportet ut eorum corpora calefiant continue  
et detur eis ad bibendum vinum purum: aut ruta cum cy-  
peris eis cum vino ad potandum detur: et ingenium fiat ut  
sudent. Et iterum ex expertis applicandis exterius est ser-  
pillum contusum superpositum: et emplastrum ex cinere li-  
gñi fici cum vino et sale. ¶ Tyrriaca que conuenit mortis  
rutele et aranee scorpionis stellionis et similiu. dicit Al-  
mansor. hec est. R. nigelle. 3. x. dauci cimini. aii. 3. v. semi-  
nis iuniperi gallarum cypresi. aii. 3. iii. spise baccarum lau-  
ri. aristol. rotunde carpobalsami cinamomi gentiane: semi-  
nis trifoli: seminis apij. aii. 3. ii. mellis: quod sufficit dosis  
eius est ad quantitatem nucis cum vino veteri et cetera. Dixit  
Plinius. qd aranea in oleo putrefacta superponita et linita  
confert. Et dixit libro trigesimo secundo. qd castoreum cu-  
multa vel ruta sumpta conuenit. Dixit Aucenna. qd assa  
bibita et linita confert mortis rutele. Dixit Plinius libro  
vigesimo qd alleum confert. ¶ Et eodem modo curatur  
mortis salangiorum qui sunt de speciebus aranee et soli  
sugorum similibus.

¶ De punctura scorpionum iactarie et taran-  
tule. Lap. xxiii.

**Apientes antiqui** inuenientur  
species scorpionum: quarum una est scorpio  
communis de qua intelligitur cum absolute  
prosternit. Alia species vigesimo continentis.  
vocatur iactaria: et ab Aucenna vocatur al-  
gerarati. Et ista species est minor scorpione communis no-  
to: et est longioris caude et gibbosioris ventris: et non inue-  
ni nec audiui qd in nostris partibus inquit fuerit reperta:  
sed tamen in regionibus calidis absidat. Et tertia species  
vocatur a Rabi loco dicto tarantula sive tarantella: et ab  
Aucenna vocatur sebel vel sebegi: et est maior scorpione  
Nico. sermo. iiiij. RRRR ij

Scorpi-  
num sp̄s  
sunt tres.

## Tractatus.iii.

communi. Et ut dicunt quidam est in magnitudine aranee magne habens sex pedes ex omni latere tres: et ei<sup>o</sup> cauda est satis extensa habens aculeum cum quo pungit: et plurimum generationis eius est circa littora maris. Venenum scorpionis ponitur frigidissimum. Venenum vero iactarie est calidissimum: tarantule vero calidum. Et Avice na posuit quandam speciem scorpionum volantium qui trahunt cum vento de regione in regionem. Et dixit, extima uerunt quidam quod scorpiones sunt novem colorum: scilicet albi: citrinii: rubeti: cinericij: et ferrandi sive ferre: et virides: et auri habentes nigras caudas et coloris vinosi: scilicet in colore vini albi. Et quidam sunt fumosi: et ex horum percussione accidit risus: et permixtio rationis. Et dixit Avice na quod femina scorpionum est maior masculo. Masculus enim extenuatus minutus habens grossum aculeum: femina vero est pinguis habens subtiliter aculeum.

**Signa si  
ne accide  
ntia puctu  
re scorpio  
nis.**

Sequuntur autem ad puncturam scorpionis. dixit Aaron. spasmus et stupefactio nervorum. Et Serap. quanto breuius. capitulo vigesimo. dixit. quoniam calefaction corporis: et quoniam infusor frigidus et saltus labii et sincopis: et tumor in inguinibus et subassellis: et erectio virginis: et dolor pucture eius non continuus: sed aliquando quietescit. Et Avice na. dixit. accidit ut apostemus locus ab hora sua. scilicet statim apostemate duro rubore propter sanguinem qui illuc trahitur statim qui ibi congelatur. unde induratur et est rubens in principio: quoniam mortificat sanguis: deinde perficitur. Et dolor est protensus. scilicet versus corpus. et quoniam inflamatur. scilicet locus pucture propter aliquod humore calidum illuc defluit. propter dolorem: vel inflamatur. scilicet corpus ut dixit Serap. Et hoc erit in principio quoniam natura excitat calor et spiritum et sanguinem: et resistat frigiditati et malicie veneni huini. Et quoniam infusor scilicet corpus. et hoc maxime in pectus cum non valuerit natura resistere: sed penetrauerit venenum in corpus: tunc enim infusor corpus infusione marina: unde Gal. tertio de interioribus ait. quod quidam percutiunt a scorpione arbitrabat se percutiun fuisse a grandine et niue corpore frigidissimo existente. Et Avice na. dixit. quod imaginatur quod corpus eius comprimat cum pilis soli. Et propter hanc causam accidit eis frigiditas extremitatum: et proprie carum que sequuntur latus pucture. Et subdit Galenus de illo qui ciecit sudore frigidum: facta enim ex profusione in humiditatibus membrorum: et non continente eas virtute pressunt in sudore qui est frigidus: quia frigida est ipsa humiditas: et frigida est sunt loca per que transit. Et accidit dolores subito. scilicet in loco pucture. Et sentit scilicet in eo puctura sicut puctura acus. Et hoc accidit in principio propter coleram pungentem que defluit ad locum doloris. Et accidit lesion in stomacho: quare accidit tremor labii. scilicet superioris qui significat vomitum. et vomitus est rei viscole que congelatur supra ipsum labium in exitu. unde infusor labium: et ex dominio frigiditatis in toto accidit tremor: et horripilatio. scilicet non vera: et ruptura pilorum: id est sensus quasi rupere: tur cutis in superficie iuxta osrum pilorum. Et dominante plus frigiditate accidit mollificatio totius corporis. scilicet impotencia ad motum: et eminentia inguinalia extende: ea ventositate multa generata in ventre. unde et inflatur veter et tenditur virga. et fortasse excitat supra morsum alias bubonibus. et proprie si fuerit morsus in inferioribus corporis: et accidit apostemata assellarum materialis malis corruptis in corde que expelluntur ad suum emunctoriu. Et accidit eructatio plurima. scilicet quodam ventositas multiplicantur in stomacho. Et ista duo ultima accidentia proprie accidunt quoniam puctura est in superioribus corporis: quod tunc ex propinquitate leduntur plus cor et stomachus. Et si scorpion ficerit vehementis malicie erunt accidentia omnia mala valde: quoniam oia accidentia predicta superfluent et intendunt multum: ita ut

## Sermonis.iii.

in loco puncture sentiatur punctio sicut cauterium adurescere: et corpus totum rigore patitur cum frigore. Et elevatur super labium humiditas viscosa que congelatur in ipsum. Et currit ex oculis humiditas deinde congelatur lippa in angulis eorum. Et cadit alteratio forme et efficitur in forma cæsariae: et egreditur anus: quia mollificat instans priapus. et ingrossatur lingua et strident dentes. Et quoniam componuntur quidam dentes supra alios et non aperiuntur: et est significatio mala. et spasmus membra posteriora et moritur. Et Gal. dixit. et ponitur ab Alivene. quod si percussio scorpionis inuenierit arterias accidet sincopis: quia cito dirigitur venenum ad cor. Et si inuenierit neruum accidit spasmus: quod cito dirigitur venenum ad cerebrum per nervos. Et si inuenierit venas accidet putrefactio. scilicet in sanguine epatis et venarum. Et vigesimo continentis. ponitur auctoritate Hale. quod quoniam morsus scorpionis fit in nervo una vel arteria accidunt accidentia vehementer mala. supple. sed si accidit in cunte vel carne non sequuntur accidentia sic mala. et plurimum contingit ex hac puctura liberari sicut plurimum contingit ex illa mori. Et secundum plurimum in locum pucture unum reperitur foramen: sed secundum quoddam qui extimant quod quidam scorpiones habent duos aculeos: scilicet duo inueniuntur foramina. Et Gal. quidem tertio de interioribus. considerans parvitate pucture huius pucture et intentionem accidentium sequentium ad ipsam admiratur. Et dixit. in scorpionibus et alijs minutis reptilibus aliquem mordentibus. videmus membrum mira mutatione mutari: et si substatia que pinguitur ab eo sit parvissima: sed tamen quia quedam reptilia cum ore mordent: et ore venenum pinguunt: arbitramur ut ipse ipsum aliquante esse quantitatis. Acumen autem caudae scorpionis: quod adeo tenacissimum est nullus potest considerare ipsum aliquid foraminis habere. unde necesse est ut credamus in cauda esse venenum aut humorem parvissime quantitatis: maxime tamen virtutis existentem.

Cura pucture scorpionis est similis cure morsum animalium venenosorum in phibendo penetratione veneni cum ligatura stricta illico facta: et emplastratione ibi dicta. Et locus carasletur. et sugatur sicut ibi dictum fuit. Et de melioribus rebus est ut cauteretur cito: aut supponantem emplastrum acutum calida attractina. Et dixit Avice na. sicut ex medicinis subtilibus velocis inflammationis: et de appropriatis sunt sicut assa: et alleum: et piretrum: et cinis: et clasterium: mo dicit quod semine cucumeris asinini manu retentum: aut collo suspensum phibet a pucturis scorpionum: et morsibus omnium vermium venenosorum. Et Dyas. dixit. quod sulfur et resina sunt bona valde cum aceto emplastrata. Et majorana sicca cum melle: et porci etiam emplastrata. Et dixit Joannitus. si quis vixerit manus suam: ex succo porci et tenerit scorpionem in manu: et si scorpion mordet non nocebit. Et dixit. si quis in unixerit manus suas frequenter succo caulinum: ita quod multoties deficetur super eis si tenerit scorpionem in manu etiam si mordet eum non nocebit: et ex appropriatis est enucle radix coquita. et etenim si quis habuerit radicem enucle super se scorpion non nocebit ei. Et ex eis est. dixit Avice na. quoniam scorpion ipse contritus est de emplastris bonis et cande eius iterum. Et hoc dixit de cauda: quod quidam dixerunt quod quando scorpion supponebat debebat abscondi cauda eius: quoniam non opus est abscondi. et iterum planta que dicitur platanum: vel herba scorpionis. Et ego puto quod sit herba cappuccia: propter similitudinem quam habet cum eo. Et dixit. quod minus cum funditur et ponitur super pucturam scorpionis iuuat in unitate. scilicet oium sapientum: et oes puerum super iuuamento eius: et secundum quidam est propria tyriaca ipsius. Et rana fit facit. et Pli. dixit lib. 22. quod ius ranarum perficit eum vino bibitu. Et lac iuuatum imaturari: castoreum: et anacardium: et hic est optimum: sed dolor: et albedoragi est de epithimatiis bonis: et est sedas doloris statim. Et Serap. dixit. quod hoies regios lynai dicunt

Cura pucture scorpionis.

dicit q̄ si quis comedet basilicum: et eodem die percussus fuerit a scorpione nō evaderet mortem. Et de conferētibus est sansuc: et sal viine est ex medicinis post quas non est iuuamentum: quia est ex potentioribus. Et quidaz per sal viine accipiunt viynam: et ponunt in ea de sale et liniū: et fricant locum cum easled alijs: et melius accipiunt viynam iuuenis coleric: et proprie eam quam minixerit iejunus: et decoquunt eam sere vsc ad consumptionem: et adberet ex hoc parieti: et fundo vasis salledo quedam: que debet accipi et superponi. Et alijs addunt cum illa viina de sale: et decoquunt similiter: et sal qd remanet ex lixiuio fortissimo si militer decocto: est potentissimum tenens locum cauterij. Et ex sedantibus dolore est tenere membrū punctum super vaporem aque decoctionis camomile cum pī: et cur super lapidem ignitum. Et sit ingeniu tuum ut calefiat cor pus omni modo: et vt sudet ponendo ipsum in aere calido in clibanis et in stupbis: et iuxta ignem calidum cui appro pinquat nembrum punctum quantū potest. Et prohibetur a somno omnino: et comedat allea cruda et cocta cuz pī pere: et bibat ex medicinis calidis simplicibus et compōsitis. Et de appropriatis simplicibus sunt zinziber zedoaria cordumenti calamentum rassianum semen basilici bacce lauri et aristo. Et iringi desiccati et puluerizati bibiti cum aqua calida iuuant valde statim: et serapinum bibitum cuz vino cocto subito consert. Et abrotanuz etiam et gentiana est ultimum remedii proprie quando bibuntur ex ea. 3.ij. cum vino acuto subtili: et semen lapaciū acuti bibitum cuz vino consert. Et absinthium. vt dixit Serap. fm Rasim est mirabile in hoc. Et dixit fm Dyasc. q̄ semen aceosole bibitum cum aqua et vino consert. et si bibatur ante puncturas non nocebit ei punctura. Et dixit. q̄ semen et flos astodili cum rob bibitum iuuat valde. Et dixit. q̄ amomum cum ozimo: scilicet fluviali emplastratum conuenit. Et dixit Plinius. q̄ si quis dixerit in aure asinū se percussum fore a scorpione transibit malum protinus. Kiranus vero dixit. q̄ percussus sanabit et asinus morietur. Et dixit Auic. q̄ pisces omnes et ius eorum conueniunt. Et Pli. dixit lib. 32. q̄ pisces mulus comestus et illinit valet. et pisces salvi valent intus et extra. Et dixit Serap. fm Sal. q̄ pprie sardelle. et dixit Pli. lib. 22. q̄ valet sinapis cum acetō emplastrata. Et de compositis est tyriaca magna mitridatum: dyatesseron: esdras: dyasulfur: et similia: cum sumuntur cum vino decoctionis rute karu: tameos: senieuli cordume ni et similiū. Dixit Sal. et ponitur rigesimo continē. Quidam puer fuit percussus a scorpione: et fricauit locuz puncture cum basilico horzulanor: et comedit ex eo: et cessauit dolor. Et de conferētibus compositis est tyriaca de asa posita. 20° continē. et etiaz ab Auicen. que sic fit. R. al leorum et nucum. an. partem vñā soliozum rute sicce aser: et myrrhe. an. partē. 5. conficiant cum lac. dosis. 3.ij. cum vino puro. ait Rasim. ibidem. Probatu hanc medicinā: et inueni expertam. R. alleorni mundatorum. 3.v. nucum. 3.x. asse. 3.j. et totum sit dosis vna. Et post mediā horam bibat rotuluz. i. vini puri: et postea alium rotulu vini: et tunc cooperiat se bene et puocet somnuz: quia liberat patientē cuz multo sudore. Et si necesse fuerit mane sequenti flebot: metur: et hec necessitas potest esse: aut quia sanguis eius plurimum calefactus est a medicina: aut quia venenū sparsum fuerit. Et si aliqui necessaria fuerit euacuatio: tunc detur hoc medicamen. R. turbit castorei cozicū radicuz capparis: aristol. piretri. an. partes equales conficiant cuz melle et dosis sit. 3.ij. cum vino puro. Dixit Dyasc. qd spina alba sive ramis filiestris si stenebitur in manu ab illo quem scorpio momordit non dolebit: et cum eiecerit eam statim redibit dolor.

**De punctura** vero iactarie. dixit Auicen. non curat patiens in illa hora: quia non

percipit inde nocumentum: sed postea manes sequenti: aut post: Et deinde accedit angustia. i. iquietudo et alteratur color: scilicet ad citrinū: et quandoq; accedit icteritia: quia ex multa caliditate huius veneni exacutum colera: et multipli catur et spargitur ex ea ad superficies corporis: et tingit ea suo colore citrino: vel fortasse dissolutus aliquod flegma qd fluens peruenit ad porum selleū: et opilat eum. vnde sequitur icteritia. Et apostematur lingua fortisan ex humiditatibus dissolutis ad ea fluentibus et repletur lingua: et ingrossatur: et ulceratur locus puncture propter acutatem veneni corūpentis: et mingit sanguinem: quia multuz subtaliatur et mouetur: et motus eius est ad vias vrine: et exit cuz ea: vel fortasse etiaz colera non potens transire vsc ad chistim sellis vadens ad vias vrine vulnerat eas: unde fluit sa guis. Et quandoq; retinetur natura. i. venter: et hoc quando non transit ad ipsum colera stimulans expulsuā intestinorū: et fortasse convertitur esse hominis puncti ad perdītionē: et tunc incipit cum pulsū cordis et sincopi. De cura. dixit Auicen. non oportet vt negligatur propter levitatem sensus lesionis eius in principio: quoniam est mali veneni: et post curationem illam dictam de ligatione et suctione dixit Auicen. Melior cura est cauterizare locuz: et sumere in potu aquā lactuce amare: aut tarasacon: et similiū. vt pinipelle: cicerore: et vincetosici sive consolide minoris: et omnia extinctiva conueniunt: et proprie cum fortis fit inflammatio cuz aqua ordei: et semper uiue. et de appropriatis est saudich maloz: scilicet succus vel sirupus eoru: cuz aqua frigida. Et qdam exhibent puluerē malorum exicatoruz cum aqua frigida: et extinguit inflammationē huius veneni. Aut. R. tarasacon et foliorum maloz acetosoz: et coriandri. an. teratur: et detur ex puluere eorum quantū manus palma capit cum aqua frigida. Et cum fortis fit inflammatio: conuenit lac valde acetosuz cum troc. de camphora et similia. Et si angustie non sedātur adhibeatur aqua fructuum. s. frigidoz: cum oleo rof. in frigidato: et si nungit sanguinez flobotomie: et administretur curatio mictus sanguinis dicenda in suo capitulo. et si apostematur lingua flobotometur vena que est sub ea et gargarizet cum aqua enditiae et sirupo acetoso. Et si acciderit in loco pucture corrosio curetur cura ulcerum malignorū: et si steterit: scilicet ictericia curetur cum extinguentibus: et sedātibus motum colere: et si fuerit in causa eius opilatio curetur cum aperiū non excedentis caliditatis: aut repressis cuz frigidis. Et in his dictis Auicen. excitauit medicum curantem: vt attendat sollicite circa curam quorūcumq; accidentium sequentium ad venena: q̄nū nō expresserint de eis auctores in pprijs capitulis cuiuslibet venenī: et pro curatione eoru recurrat ad ea que dicuntur in singulorū capitulis.

**Punctura** vero tarantule sequuntur dolor pungi tuius in loco propter colere attractionē ad ipsum. et accedit dolori stomachi propter excitationē colere: et defluxum eius ad ipsum: et inde accedit vomitus: et difficultas egestionis accedit: quia materie colericē mouentur sursum: quare non excitatur expulsuā intestinorū: sed repellet et non mouet ad egestum: et accedit difficultas vri ne propter eandem causam debilitate expulsuā vesice: et fortasse opilatur meat vrine ex aliquo flegmate dissoluto ad illum meatum defluxo et retento in eo propter expulsuā debilitatem. Et quandoq; dicit Auicen. est interficies. Audiui neapoli a pluribus fide dignis: et fama hoc proclamat q̄ apud quasdam terras apulie: et vt quidam dicunt ēt apud Tarentum reperitur vna species tarantularum: et appareat maxime in estate et tempore messium: quibus punguntur quidam: et proprie ex messoribus. Et huius speciei comple xio multum est melancolica: et exacutur tempore estus: et venenum earum est melancolicuz cum proprietate mirabilis: nam in quavis dispositione hominem inuenit tempore Nico. sermo. iiiij. RRRR ij

Signa si ue acciūta pucture et rante.

puncture in eadem penitus cui perseverare facit donec salvetur: aut moriatur. unde si inuenierit hominem ambularem ambulat: si sedentem sedet: si comedentem comedit: si ridentem ridet: et similiter de alijs. Et quod plus est: si de aliquo inuenierit cogitante de eodem cogitat. unde refertur quod quidam rusticus dum intra se cogitaret: si princeps esset taren tamen omnes homines ciuitatis venerarentur eum. Et volens simulare quomodo se haberet circa illatam sibi reverentiam reredit in via erecta ceruice cum aspectu multe continet. Et in illa hora: per cussus est a tarantula: et in eiusdem cogitatione aspectu et continentia permanxit donec sanatus fuit.

**S**unt autem inter dictas tarantulas: quedam a quibus qui pungitur disponitur illico ad quandam artem. ubi gratia. ad texendum: suendum: filandum vel ligonizandum: vel aliud simile. et denominatur tarantula ab arte ad quam disposita: ut verbigratia tarantula textrix ligonizatrix. et sic de alijs. Et illam artem exercet punctus ad quam dispositus est donec sanetur vel moriatur. Est autem causa fixionis in dispositione: et tante perseveratione in dictis actionibus: et consimilibus proprietas venenosi eius animalis: quam exorbitat ex speciali modo dispositionis melanconie eius propter quem habet insicere cerebrum hominis ab eo punctum: ut in eo sanguatur sic et taliter propositum: et in illa dispositione perseueret in qua erat: quando punctus fuit vel illam artem exercet ad quam dispositus pungitur.

Et si quis considerat species melanoleuca et ea quedicta sunt in capitulo eius non mirabitur de hoc plus quam de illis. Et ego puto quod Avicen. sic intellexit cum ut supra patet. dicit.

quod ad puncturam cuiusdam speciei scorpionum sequitur risus et permixtiorationis. Risus. scilicet quandoque et permixtiorationis. scilicet semper: quia hoc est quod in omni infectione tarantule sequitur iudicij corruptio.

**T**ura est similis curis predictis: et specialiter curerutele eius ligatura et stictione et attractione ad exteriora: et eius assumpzione medicinorum tyriacalium supradictarum. Et de appropriateis huic puncture est succus foliorum mortis cum bibitur ex eo. 3. j. 5. et aqua cineris sicnum. i. lixivium factum cum aqua et cinere ligni sic cum bibuntur ex eo. 3. iii. Et detur tyriaca cum succo organi aut diptam ita ut poliant absinthium: vel sisimbrium: quod si venenum in corpus penetrabit provocetur vomitus: aut soluat venter: et proprie cum agarico. quoniam habet specialitatem in hoc. Et saturatio quidem bibita et more emplastrum etiam superposita oculum animalium aculeo pungentium obstat venenis.

**C**De animalibus aquaticis venenosis. Lap. xxv.

**A**nt quedam animalia aquatica venenosa que moriendo: et aliquando pungendo ledunt. **E**t ex illis est cocodrillus in nilo flumine accubans animal magnum et exit in terram ut se pascat: de quo dicitur Avicen. quod morsus eius non evanescit a venenositate: quare curandus est morsus ab eo cum regimine dicto in cura canis rabiosi: quod si morsus sit salvo illo multum. **E**t de appropriateis ei est nitrum et mel cum superponuntur: et cum disiungitur fissura eius liniatur vulnus cum adipem cerui anseris et melle: deinde consolidetur: et adeps quidem cocodrilli est tyriaca et sanatio morsus eius. **E**t ex dictis animalibus est habedissimum: et est animal marinum vocatum draco marinus: de quo dicitur quod pascit in terra. Et habet dentes vehementes: cum quibus cum mordet carminat: et conterit carnem et effodit eam: quare magnificatur timor in vulnere eius. Et eius cura est cura vulnerum malignorum: et de appropriateis ei est ut liniatur vulnus eius cum sulfure et aceto: et confert ei adeps cocodrilli emplastratus: et tyriaca magna bibita et emplastrata. Et albedo rogi confert bibitum et emplastratum. **E**t ex eis est scorpio marinus: et aranea etiam marina: et accidit ex mor-

su eorum inflatio ventris: quoniam eorum venenum est frigidum: unde multiplicatur ventositas multa in ventre. Et quia inflatur et accidit inde forma hydropica: scilicet tympanica. Et quodcumque accidit ex eo exritis venenositatis abundantia. Et cura eius est sicut cura rutele: et vigelimo quidem continentis dicitur. quod omnibus mortisibus animalium marinorum valet sulfur vitrum superpositum solum: aut cum cera et ceperit salvia hominis. Et lauetur morsus eius vena infantium et baurach. Et valet terentina superposita: et caro trille pitidis vel murene: que a quibusdam dicitur serpens marinus contrita superposita. videlicet et auellane similiter superposita postquam masticantur: et precipue si superbibitur absinthium cum vino limphato cum decoctione salviae. **E**t ex eis est rana quedam rubra maligna inuadens animalia per transuentari morteat ea. Et si non potest mordere insufflat ad ipsa sicut bufo insufflatione noctua: et accidunt ex morsu eius apostema maxillarium in loco: ex multa materia illuc currente per intensum doloris: et quia est pes simi veneni accidit ex morsu eius perditio velox. Et cura si qua est in morsu eius est cum tyriaca: et similibus medicinis bezaaralibus. Dixit Plinius libro vigesimo quod serpillum precipue valet mortisibus omnium aquaticorum animalium. Et dixit Serapion fuit Dyasco. quod alleum cum soliis fucus agrestis et cimino emplastratum valet mortui draconis marini: et dixit quod decoctio salviae valet mortui trigonis marini et ceterorum.

**C**De serpentibus magnis et draconibus. Lap. xxvi.

**D**raconibus et serpentibus sunt quidam immense magnitudinis. Dixit enim Avicen. quod minor species draconum est quinque cubitorum: sed magni sunt triginta cubitorum et supra. et sunt draconis duo oculi magni: et mandibula inferior est eminens sicut mentum. et sunt ei dentes plurimi: et dicitur quod dracones multiplicatur in partibus nubie et id est sed indi sunt maiores: et sunt magni valde: et habent facies citrinas et nigras: et super eis sunt ora vehementis amplitudinis: et supercilia cooperunt oculos eorum. Et super colla eorum sunt squamine: et in omni mandibula sunt tres dentes. Et dicitur Avicen. dico quod iam vidi quandam huius generis: et super collum eius in latitudine descendente erant pili grossi: et iam verificatum est quod in regionibus alijs ab illa sunt dracones magni. **E**t Aulus gelius quidem refert libro quinto. quod repertus scriptum in historiis romanorum bello primo punico attilius regulum consulem in aethiopia castris apud bagardam flumen positis praesul granum atque acre aduersus unum serpentem in locis illis stabulanten inustitate immanitatis fecisse. Lungum magna totius exercitus confictione balistis atque catapultis diu oppugnatum eius intersecti longum corium pedes centum et vinti remansisse. **E**t Guilielmo dixit. fuit in episcopatu Mediolani cum domino Martino de la turre quem curabam de debilitate neruorum et stupore. Et quidam eius castellanus dixit ei. et mihi. vultis ducam vos ad locum in quo vidi malum miraculum: quod unquam videritis: et dicitur sic: et iunimus cum eo: et cum quibusdam alijs hominibus. duxit nos ad quandam locum desertum in quo maxima maceris lapidum fuit longitudine facta erat. Et dicit ille castellanus cum multis alijs hominibus: quod breve tempus erat quod videbat in loco illo unum spolium serpentis: et eius longitudine per bonam mensuram ad sui cubitum erat triginta cubitorum: et videbatur in spolio ipsius os magnum intantum quod puer quindecim annorum intrasset per ipsum. Et homines de contrata verificabant hoc. Et ex hoc apparet quod serpentes magni et dracones possunt reperi etiam in alijs regionibus a predictis. et masculi quidem draconum sunt detinores feminis. Morsus quidem draconum in dictorum non

sollet a  
tarantula  
remaneat  
eadem dispone  
re i q erat  
vel dispone  
ris ad alijs  
quod erat.

De coco  
drillo.

Et anguis  
affectionem  
et ceterum.

De habe  
dissimoni.

Desco  
piane ma  
rino.



sunt connumerare inter medicinas venenosas: que occidunt cum auxilio frigiditatis de quibus est opium. Et accidunt eis qui bibunt ipsum stupor extrematum et frigus earum. Dicit Gal. primo de complexionibus qd opium est medicina nature nostrorum corporum contraria: qd venenosa: et ideo eius substantia a corporibus nostris non alteratur: sed ipsum vincit corpora nostra: et transmutat ea ad naturam suam. Lumen ergo in natura sua sit frigidum in frigidando inducit stuporem: et maxime in extremitatibus que sunt minus calide et remotiores a fonte caloris. Et accidit. Dicit Alcina in corpore pruritus. item mala sensatio quasi parvissime solutionis continuatissima vel pruritus. item formicatio sicut accidit dispositis ad stuporem: et accidit singultus propter lesionem stomachi. Et accidunt vertigo et tenebrositas oculorum et stricture gutturis, et anhelitus qm ingressat sanguinem: quare non currunt et infrigidat spiritum, et spasmat instrumenta anhelitus. Et propter grossitatem sanguinis et spiritus accidunt opilations. Et ex eis accidunt citritas et obscuratio extremitatum: et viriditas labiorum et facies et difficultas ad motu et profunditas somni. Et quandoqz profundantur oculi et retinetur lingua intus in guttur propter spasmus contrabentem oculos: et lingua: et accidit sudor frigidus et cum appropinquat morti spasmat, et emitit anhelitum frigidum et moritur. Et dixerunt. odoratur et ore sumentis

De no[n] meto fru-  
ctu acer-  
borum.

De no(n)  
poti post  
balneum:  
aut exer-  
ciu forti.

De no(n)  
potu san-  
guisuge et  
ranuncule.



**A**ndoqz

De no(n)  
lacere  
exsiccato  
nie pos-  
seditus

De opio  
et acci-  
tibus ad  
tempore  
que libera

Sumentis immo etiam dixit Alman. ex toto corpore eius cum fricatur odor opij. Et dixit. q̄ magis proprium sanguinem huius est subeth. et odor opij a toto corpore procedet. Et propter predicta stat patiens dormitans non sentiens neq̄ intelligens. Et vigesimo quidem continentis dicitur q̄. 3. ij. opij interficiunt post tres dies. Et Avice. q̄ interficit in duobus diebus. et proprie cum datur in potu cum vino scilicet paucō. Ait enim Sal. q̄ quando opium sumitur cum multo vino egreditur a corpore et non nocet. q̄ potens est ut resistat ei; sed cum paucō vino nocet magis. quia facit ipsum velocius penetrare ad membra; et non est potens resistere ei.

De sola morta lī. q̄ a qui būdā rō af saba inuersa. et de accidētibus con sequenti bus ad ipsum.

De nuce metheb. et eius acci dentibus.

De man dragora et eius acci dentibus.

De insiga no albo et nigro et ro tu acce nenti bus.

De beugi.

De papaver nigrō.

De cicuta.

De coriandro.

De psilio.

De lactu.

**C**Ex dictis medicinis est solastrum mortale a quibusdam vocatum saba inuersa. Et proprie quando sumitur radix eius de qua dixit Dya. q̄ somnia non bona et fantasmatā inducit. Et tandem sumens ipsum efficitur amens stolidus propter intensam frigiditatem quam imprimat in cerebrum. vnde infrigidati spiritus animales non sunt idonea instrumenta ad deseruendum virtutibus animilibus sensitivis intrinsecis.

**C**Ex eis est nur metheb. de qua dixit Alman. Et si datur ex ea. 3. i. fortiter inebriat. Et si datur quantitas magna interficit. Et sequuntur ad ipsam. dixit Avicea vertigo et rubedo oculorum; et tenebrostas scilicet visus et ebrietas. et profunditas somni. Et quandoq̄ interficit ex ea aurum in vna dies ed minus. 3. i. sacit subeth. et inebriat; et non interficit nisi debiles.

**C**Ex eis est mandragora et proprie radis eius et poma et grana ipsorum. de qua dixit Ras. q̄ quedam mulier duvel tria poma mandragore comedit et cecidit velut mortua. et habebat faciem rubeam. Sed vigesimo continentis. dicitur: q̄ quicunq̄ grana mandragore sumperit accedit ei debilitas stomaci et subeth. et possibile est q̄ interficiant.

**C**Et ex eis est iusquiamus et albus et niger. licet niger sit fortior albo. Et accidentum cum sumitur semen eius rubor in oculis; et in toto corpore; et frequens sincopis. et surditas epilepsia spasimus et permixtio rationis. et proprie ex nigro et ebrietas. Et quandoq̄ loquitur vocibus diversis. quoniam quandoq̄ ruder ut astinus. quandoq̄ hinnit ut equus; et quandoq̄ emittit vocem ut mulus; et quandoq̄ ut mula propter specialem dispositionem melancolicam que ab ipso in cerebro imprimatur propter suam frigiditatem et siccitatem.

**C**Ex eis est beugi. Et beugi apportatur de partibus barbarum et egipci. et est succus herbe dicte naxio vel ut dixit Avice. persian et est in virtute iusquiami.

**C**Ex eis est papaver nigrum. de quo fit opium et est in virtute illius; sed est minus eo satis.

**C**Ex eis est Cicutam cum frigiditate sua. et est propinquata papaveri nigro.

**E**x eis est coxandrum humidum cum ex eo recenti multum comeditur aut bibitur succus eius. Et accidentum ex eo vertigo fortis. deinde intellectus turbatio. et subeth et fit vox eius rauca; et in toto corpore sentitur odor coxandri.

**C**Ex eis est psilium cum sumitur integrum semen eius; aut bibitur ex mucillagine eius quantitas magna. et accidentum bibenti ipsum debilitas pulsus. et casus virtutis. et frigus totius corporis. et tristitia; et meror. constrictio anhelitus tensio hypocundrionum. stupor. inquietudo. et sincopis.

**C**Ex eis est lactuca et proprie nigra cuius bibitur ex succo eius multus. Dixit Sal. 3. de simplici medicina operatio succi lactue quando preualeat in corpore est sicut operatio iusquiami. si enim preualeat in corpore occidit. vnde dixit Galie. q̄ si de lactuca comedat homo quantitatem multaz

nutrit ipsum. sed si exprimit eam et bibit ex succo eius quantitatem magnam perit et moritur. sicut qui bibit iusquamum vel opium.

**L**ura omnium medicinarum narcoticarum dictarum generalis est eadem. et est ut cito prouocetur vomitus cum aqua calida oleo sale et baurach. et deinde addatur acetum. et siropus acetosus. deinde cristere fiat acutum attractuum. et fiant in extremitates fricationes fortes. et ligature dolorose. Et fiat ut non dormiat. Deinde medicine calide. **D**ixit Ras. 20. continentis. dico inueni per experientiam q̄ nulla est fortior medicina contra nocturnum opij et narcoticorum sumitorum quam sumere asse aur. 1. cum. 3. ij. vini fortis et puri. et tiriaca et meridianum. et dyamuscus. et dyarion per eponent singulariter. et commirte. et oleum balsami cu sumitur ex eo. 3. 5. cum aqua decoctionis ameos est utile valde et sal cum secariabim sumptum confert. **D**ixerunt quidam q̄ si medicina narcotica fuerit nouiter sumpta ita q̄ adhuc contineatur in stomacho: tunc detur aqua melis cum oleo rob. quoniam ipsam educit per leccesum. Si autem iam penetrauerit detur aqua mellis. sine oleo ut p̄ uocet ipsam ad vrinam.

**L**ura vero specialis est. quoniam de appropriatis ad opium est acetum calidum cum bibitur solum: aut cum sale et mel subtile cum bibitur calidum. Et castoreum est tiriaca eius. maxime cum bibuntur ex eo. 3. ij. cum vino et crocus et piper et cinamomum. et assa cum sumuntur mixta. aut singularia cum vino potenti multo. Et ipsum etiam vinum per se sumptum in quantitate multa. Et conuenit ei absinthium sumptum cum sirupo acetoso et allea et nuces conueniunt ei. **D**ixit Avicea tiriaca proprie ad opium est hoc. p. asse lauine castore. et piperis. aii. partes equales. et conficiantur cum melle dos. quantum est nur parua cum vino.

**C**Et de appropriatis ad solastrum est mel calidum cum bibitur ex eo quantitas multa. dixit Dya. q̄ malua bibita emendat insaniam que prouenit ab vua lupina.

**C**Et de appropriatis ad mandragoram sunt porri castoreum et ruta. et odor pīcis et galbanum. **E**t radix quidem que comeditur quando sumitur duobus diebus cum pane et sale in cibo est tiriaca eius.

**C**Et de appropriatis in iusquiamum et papauer nigrum. **D**ixit Dya. sunt omnia coagula. et maxime bedi et cepe assuz super prunas et comedestum et fistici et pinee. Et vinum dulce pyrum in multa quantitate sumptum. Et oleum olive bibitum multum est tiriaca eius. Et confert oleum bene dictum: ut dixit Nicolaus. Et virtus conuenit. Ut Plinius dixit. libro. 21. Et dixit ibidem q̄ valet multa bibita cum lacte.

**C**Et de appropriatis ad cicutam et beugi est potus vini veteris puri cum pipere semine nasturtii et carvi. Et ruta sicca cum vino puro bibita est tiriaca eius.

**C**Et de appropriatis ad coxandrum est bibere vinum purum et bromium gallinarum pinguium. Et absinthium cum vino: aut vincetoticum sunt tiriaca eius.

**C**Et de appropriatis ad psilium et succum lactue est mel bulitum et dispumatum sumptum calidum: cum aqua decoctionis mentastri.

**C**De medicinis veniosis calidis non corrosivis. **L**av. xxiiij. **D**icitis medicinis est napellus. de quo dixit Avice. q̄ est de deterioribus veniosis. Et dicitur q̄ si quis comedit panes vel carnes incisae cu cultello q̄ non uiter incidentur napelli inficis ide. et quicq̄ mortis. Et dixit Avice. q̄ eius ex succo iuscum sagitte. et inficis que vulnerauerit stati. et ab eo raro fit euasio. Et qui euadunt ab eo cadunt in ethicam. aut psilum.

Appropria ta ad opium.

Appropria ta ad opium.

Appropria ta ad sola strum.

Appropria ta ad mandragoram.

Appropria ta ad ius quamum.

Appropria ta ad cicutam et beugi.

Appropria ta ad coxandrum.

Appropria ta ad psilum.

De nape lis eius ac cidebitibus



## Tractatus.iii.

**E**t quandoq; accidit tenesim. Et accidit sumenti substantiam eius sive succum sive semen: ut apostamentur labia & lingua: & egreditur non valens in ore contineri. Et egrediuntur oculi ipsius, & frequenter sunt super ipsius vertigo & sincopis. Et crura eius non operantur, qd nō pot ea mouere immo omnia membra eius debilitantur & suffocatur ex calor naturalis, vnde denigrantur, & timent, & mors sequitur in ipso die: & raro peruenit ad 3<sup>m</sup>.

De oleandro & eius accidentibus.

De stasis grise.

De gumi ruta agrestis.

De semine virice.

De ana cardo, alio summis.

De flammula.

Calm in quo minus distat a complexione humana & fridum in quarto.

Appropria ad napellum.

**L**ura generalis omnium predictarum medicinorum & earum similius compleatur primo vomitu, & deinde si expedit evacuare fiat illud. medicine quoq; tiriacales calide non sole: sed per mixte cum tiriocalibus frigidis tribuantur, deinde sequatur alteratio male complexionis calide perelicta cum infigidantibus notis: & proprie cordialibus epaticis. Et confortatio cerebri ne recipiat, qd si accidentium predictorum aliquod remanserit illi succurratur sicut in suo doceatur capitulo.

**D**e appropriatis autem ad napellum est lapis bezabar, & tiriaca magna & confectiones de misco. Et metridatum fm quosdam plus valet quam tiriaca magna. Et ideo dicit Avic. qd tiriaca quandoq; censet vsp ad terminum, &

## Sermonis.iii.

dixit de melioribus rebus est vt in potu detur muscus: & proprie in fricatione lapidis bezabar facta in aqua vel vino & extimant quidam qd radices capparis sint bezabar napelli, & extimant alij qd filipendula sit tiriaca eius, & alij dicunt, qd apud radicem eius nascitur radix in modum nucleus: & vocatur nux napelli, que cum comeditur est tiriaca eius: & maxime cuj sumuntur ex ea exiccata. 3.ij. **T**Auic, autem dixit, qd animal nominatum surgis: & est mus, napelli est contrarium napello. & destruit operationem napelli cum comeditur ex ipso, & hoc a quibusdam dicitur napellus moyst. Chuzi autem dicunt, vt ponitur. 20. continentis qd zedoaria nascitur iuxta napellum, & valet contra morsum tiri, & omnes mortiferas potionis quantum tiriaca de tyris: & qd destruit operationem napelli, & idem operatur smaragdus sumptus: secundum qd dictum est in precedentibus.

**C**Et ex eis est oleandrum & sumens succum eius, aut corticem ipsius incurrit angustiam vehementem, & infrigitationem ventris inflationem maximam in eo, & sepe patitur defecctionem & sincopam. Et dicit Avicena, qd non solum planta ipsa, sed aqua in qua nascitur est mala & fugienda. Et si non est exculatio quin bibatur, oz vt distelletur, s. alebicium vel arenarium, aut misceatur cum iuleb.

**C**Et ex illis est stasis agraria que cum sumitur inducit aecidētia cantaridarum, aut leporis marinī.

**C**Et ex eis est gumi ruta agrestis: & accidit sumenti ipsum retentio egestionis: & vrine: & apatur lingua eius. Et accidunt in ventre rugitus & inflatio & adustio in gutture & stomacho & egressio oculorum: & rubedo faciei & fortasse sunt sete, i. fixure in corpore eius pre acuminē ipsius: & quandoq; perducit ad difficultatem anhelitus, & ruta etiā ipsa agrestis quando sumitur inducit egressionem oculorum: & adustionem & inflammationem vehementem.

**C**Et ex eis est semen virice: & accidentit ex eo quandoq; tussis fortis ardor vrine & inflammatione & quandoq; excoria&rio in gutture.

**C**Et ex eis est anacardus & proprie silvestris: & accidunt ex eo egreditur acute, & incisio idest mordicatio in gutture & ventre, & inflammatione, & quandoq; destruit membra quedam corrumpendo illa: & cuj ex eo saluatuerit facit accidere alienationem scilicet melanolicam, ut alguesque propterea qd adurit melanolicam. Et Avic. dicit, qd quandoq; non nocet quibusdam hominibus cum proprietate: & proprie quando comedunt anacardos cum nucibus. Ego. n. vidi qui ex eis mordebat, alias mandebat cum nucibus & non corrumpebatur, i. non alterabatur ex eis manifester.

**C**Et ex eis flammula & sequuntur ad eam, inflammatione vehemens, & ardor in gutture, & stomacho, & sunt etiā alia quamplura predictis similia que omnia sunt effectus caliditatis coniuncte venenositatis. **C**Et notant qd quamvis omnia frigida in quarto sunt venenosae, non tamen omnia in eodem gradu 4° calida existentia sunt venenosae: quia calidum est nature amicum, maxime humane frigidum vero inamicum, cuius signum fm aristotilem est qd calidū mouet motu vite de centro circumferentiam, frigidū vero mouet econuerso motu mortis, de circumferentia vspq; ad centrum. **C**Et ex causis amicitie caliditatis & inimicitie frigiditatis est, quoniam calidum quarti gradus secundum quosdam multominus distat a compleione humana quam frigidum in quarto: vt p; consideranti gradum, complexionis humane.

**C**Et de appropriatis ad oleandru est decoctio senugreci, & dactilorum, sive cum ea vomat, sive non cum ea: sed cuj alio vomitivo: & post vomitum convenienter crusteria lenitiva, & omnia dulcia & omnia vinctuosa, convenienter sapa & iuleb, & ficus cum melle vel zuccaro. Et agnus qui den castus & semen eius: & decoctio amborum sunt tiriaca eius, & quidam dicunt, qd cum sumuntur, 3.ij. de granis juniperi cum vino conferunt inuamento magno.

**C**Et de appropriatis ad aconitum, dicit Ser. secundū dyas,

qd acetum bibitum prohibet nocumentum eius. Et dicit ipse & macer, & consert origanum, cum orimelle mixtum & bibitum. Et dicit ipse & Avic. qd consert scoria ferri cum vino sumpta. Pli, quoq; dicit, conferre vinum merum & rutam cum eo sumptam: & consert ius galli veteris kiranus autem dicit, ius anseris bibitum.

**C**Et de appropriatis ad stasis agriam rutam agrestem & gumi eius est vt post vomitum sumatur lac recens multo, tis: aut butyrum coctum vel crudum: & aqua ordei & iuleb, & sirupus acetosus. Et de appropriatis est aqua decoctionis origani cum bibitur ex ea circiter lib. 5.

**C**Et de appropriatis ad anacardum sunt omnia vinctuosa pinguis, & dulcia & specialiter oleum silaminum amigdalum butyrum & lac. Et de conferentibus cum proprie-

tate sunt nuces & grana pinii torrefacta cum comeduntur, & consert curatur omnes alie medicina supradicte. Quod si ex eis in ore vel gutture acciderit inflammatione vel mor-

dicatio teneat patiens in ore lac dulce recens cum oleo rob. & gargarizet cum eis multo minus, dixerunt quoq; quidam qd castoreū cum acetato sumptum, & similiter dyas castoreū subuenit contra omnes medicinas predictas.

sed Avicena in cura gumi ruta agrestis specialiter expressit de castoreo. Et subdit, dicitur qd castoreum cum

aceto vel melle sumptum est bezabar eius. Et subdit, for-

titam est hoc secundum semitam proprietatis aut fm se-

mitam expellendi ipsum ex corpore cum resolutione verū

tamen fm appertitionem necessitatis idest fm illud, quod

inducit mala complexio calida apprens esse necessariu-

z infigidatio est convenientior.

**C**Inter medicinas quoq; predictas, communiteratur ab au-

ctoribus mel quoddam qd est acuti odoris faciens sternu-

ture eum qui odorat ipsum & plurimum eius reperitur in

regione mediorum, potest etiam alibi reperihi, & proprie-

quando collectum suita floribus herbarum acu-

tarunt proprie in locis asperis nascientium. Et quidam di-

cunt qd quando mel reponitur in loco putrido & inundo

acquirit putrefactionem per quaz fit malum. dicit Rab.

in 24. particula, qd Sal, circuens ciuitates vidit quadam

vice virum quendam, sedentem in apoteca ante duos me-

dicos inuitantem illos ad emptionem vasis mellis quod

manibus suis tenebat & insuper & dantem eis licen-

tiam de melle illo gustandi ad sciendum de bonitate

ipsius

Ipsius: et cum gustauerunt ceperunt cum ipso de mellis  
precio tractare nec ad emptionem mellis cum ipso venire  
potuerunt. immo discessit ille vir. Et post lapsum tempo-  
ris partu mortui sunt ambo illi medici. Quare ait Moy-  
ses. huiusmodi negotium et simile edoceet vnumquenqz  
q nulli cui obuiat debet fidem dare. s. si non fuerit tibi no-  
tus et dilectus. Accidunt autem sumenti tale mel acutum  
sternutatio sincopis sudor frigidus et defectus rationis. et  
quandoqz succedit coniectio eius excozatio intestinoz.  
et ulceris in membris vrne sicut ex alijs medicinis acutis.  
Et cura eius post vomitum est cum infrigidantibus et hu-  
mectantibus notis. Et humectetur caput cum caputpur-  
gii. Et embrocis humectantibus. Et de appropriatis ex-  
tinguentibus acutatem eius est mucilago pslit. aut semi-  
nis citoniorum. et ipsa etiam grana citonioz trita bibita  
cum aqua calida phibent nocumentum eius in membris.

**D**icit Solinus. q in sardinia herba est sardonia dicta  
fluuijs fontaneis largior que si edulio fuerit nescientibus  
neruos contrahit rictu o: a deditur. vt qui ex ea mortem  
obtineant velut ridentium faciem intereant spasmatis mu-  
sculis aperientibus os sive labia.

**D**e medicinis venenosis solutiis. **L**ap. xxxij.

**A**lienius super secundo regimis acu-  
torum dixit. farmaca sunt ve-  
nenoze nature. et intellexit de non benedictis  
non consolatis rectificatis secundum artem.  
de quorum numero sunt sea. elleborus albus  
et niger agaricus niger turbit citrinum putri-  
dum hermodactilim alio coloquintida singularis. squilla  
agrestis dragontea euforbiu m sebran. laureola et omnia  
genera fistularorum lapis armenus. lapis lazuli et alia a  
Meh. posita. de quibus quamvis dictum sit in singulis ca-  
pitulis eorum. hic tamen quedam eis specialia adiungen-  
tur. Omnes enim predicte medicine et similes communi-  
ciant in effrenitate euacuationis per vomitum. vel per  
ventrem vel per utrungz simul. ita q quandoqz educunt  
sanguinem. et quandoqz perducunt ad excozationem in-  
testinorum.

**E**t sequitur ad scamoneam proprie defecatio cordis pro-  
pter resolutionem spiritus. ita q sincopiz: et angustia  
stomatica ipsa eniz inimicatur stomacho. et sitis vehemens  
que sequitur ad inflammationem et euacuationem super-  
fluam et supercalefit corpus vehementer et extenuatur.

**E**t elleborus albus sumptus inducit vomitum prefoca-  
tiuum nauseam et angustiam vehementem: et infrigidatio-  
nem extremitatum. deinde accidit defectus cordis. et stran-  
gulatio mors cum spasio et singultu et inanitione. Et ad  
elleborum nigrum sequitur fluxus ventris vehemens. et  
pulsus cordis: et adustio in ligua: et retractio eius et psoca-  
tio et iustatio pluma. et deinde spasmus et mors.

**E**t ad turbit malum et agaricum nigrum consequuntur  
accidentia similia accidentibus ellebori nigri.

**E**t sumenti euforbiu m accidunt angustia et inflammatio  
vehemens mordicatio: et punctura et citrinitas faciei pro-  
prie labiorum grauitas corporis permixtio rationis. sin-  
gultus. pulsus ferrinus. sudor frigidus sincopis. anhelit  
fetidus frigidus et mors.

**E**t sumenti squillam accidunt dissinteria: et quandoqz ex-  
cozatio in instrumentis vrne. **E**t similiter ex colloqu-  
tida singulari. Et consumiliter ex medulla seminis vrtice et  
radix hermodactili suffocationem efficit et faciunt fungi  
mali. **E**t sumenti dragonteam accidunt vehemens nau-  
sea: et frequens vomitus: et dolor similis dolori yliaco. Et  
possibile est q educat sanguinem: et sit corpus sumentis  
eam stupidum. deinde sequitur sincopis et mors. Et su-  
menti grana eius sequitur stridor dentium et punction gut-  
turis et cisuatio et seruoz febrilis. Et accidunt ex mezereon

laureola sebran briotia kerua cucumere asinino fistimalis  
et similibus eis mordicatio vehemens in visceribus com-  
motio in toto corpore: et singultus. et deinde vomitus. fle-  
gmaticus spumolus. et tandem succedit spasmus. destrui-  
tur vox: et moritur.

**E**t ex lapide armeno et lazuli accidunt submersio et nau-  
sea. et quandoqz vomitus inquietudo et tristitia et antie-  
tas stomaci. **L**um autem dixit Avic. prima tertij q possu-  
mus eis vt sine cautela intellexit de eis consolatus: et cum  
hoc etiam non absolute. Nam consolati debent exhiberi  
cum custodia et cautela: sed sic dixit comparando eas ad  
duos elllos. qui cum cautela et timore multo debent exhiberi.  
**P**redictorum quoqz accidentium cause note sunt  
exdictis supra. Eueniunt enim ex iniicitia quam habet  
ad membra que sunt minere virtutum cum caliditate in-  
flammabili acuta. et agitatione et cōmotione humiditatuz  
corporis et earum solutione superflua.

**C**ura generalis omnium medicinarum pre-  
dictarum impletur cum con-  
fortatione membrorum principalium et stomaci. et extin-  
ctione acutatis: et inflammationis earum et obuiatione ad  
effrenitatem solutionis ipsarum sicut docuit Nestue in  
libro de ipsarum rectificatione. Et cum his oportet vt ex-  
hibeantur tiriaca appropria. **E**x quibus ad sca-  
moneam sunt sirupus deribes et de agresta cum aqua ro-  
satarz zuccharum ro. cum parua quantitate musci vel ami-  
bre. **E**t ad elleboros album et nigrum tiriaca est absin-  
thium bibitum cum vino et castore. aut nardus: aut cina-  
momum: et anisum sumpta cum vino. **E**t ad laureolas  
et lactecinia et eis similia tiriaca est origanum assatum bi-  
bitum cum vino. **E**t ad euforbiu m tiriaca est lac aceto-  
sum in multa quantitate bibitum. **E**t ad hermos. lac  
vaccinum vel bubulinum. **E**t ad squillam coloquinti-  
dam tiriaca est potus lactis in quo extinctum est ferrum  
multis vicibus: quando sumitur ex eo in quantitate ma-  
gnar: et cortex citri et semina eius resistunt eis. **E**t ad la-  
pidem armenium et lazuli tiriaca est lac caprinum sicut ab  
vberemulgetur. Et karebe cum bibuntur ex eo. 3. ii. cum  
vino puro obsistit eis. Et tiriaca quidem magna et metri-  
datum et tiriaca de terra sigillata omnibus predictis me-  
dicinis subueniunt et eis similibus.

**D**e medicinis venenosis calidis corrosionem et putrefac-  
tionem in membris effientibus. **L**ap. xxxij.

**E**medicinis venenosis calis et coz  
rodentibus et putre-  
facentibus sunt resalgar. argentum sublima-  
tum viride es. et omnes species vitrioli. aqua  
saponis. aqua tartari aqua salis armoniaticis  
aqua alkinistrarum: **L**um qua aurum sepa-  
rant ab alijs metallis et similia bis. **E**t accidunt ex om-  
nibus predictis et quolibet eorum dolor vehemens et mo-  
rdicatio in stomacho et ventre et inflammatio. et fccitas oris.  
Et quandoqz superat dolor capitis. et agitatio in humorib-  
us et attractio eorum ad stomachum. vnde sequitur vomi-  
tus vehemens et sitis intensa. Et quandoqz declinant ad  
intestina et ulcerant ea. et sequitur dissinteria. Et quandoqz  
dissolute humiditates in corpore fluunt ad neruos. et in-  
ducunt mollificationem. aut spasmus de repletione. Et  
quandoqz superfluit solutio et exccatio quare accidit sin-  
gultus et spasmus de inatione. et resolutis spiritibus suc-  
cedit sincopis et mors. Et quandoqz accidunt ex medici-  
nis putrefactiis exccatio fortis oris et lingue et priuatio  
spundi. Et sicut dixit Rasis. 20. continentis auctoritate  
Iopcratis quandoqz accidit ex eis quemadmodum acci-  
dit ex lepore marino et cantaridibus fetor oris. Et quan-  
doqz ulceratio in instrumentis vrne. et proprie ex cal-  
ce: quare sequitur stranguria et difficultas vrne: et eo

De meze  
reo cucu-  
mere as-  
mino et tu-  
timalis.

De lapi-  
de armeo  
et lazuli.

De sardo-  
ne herba  
venosa.

De sea-  
mones.

De ello al-  
po et ul-  
gro.

De turbit  
tagarico.

De eufor-  
bio.

De sella.  
De colo-  
quimida  
et de tri-  
ce et radi-  
ce hermo-  
daeti.  
De drago-  
ua.

**Q**uod fortasse calx peruenit ad vesicam, et cum sua copulentia opilat eam: aut quia humiditates dissolute ad vesicam fluentes: opilant eam: aut quia refugiat patiens a miningo propter dolorem sequentem ulceram.

**E**t cura omnium predictorum est eadem et consistit in ipsorum evacuatione. Et destructione venenositatis ipsorum et alteratione acutitatis eorum: et prohibitione putrefactionis et corrosionis. Et primum quidem completerum sunt in stomacho cum vomito multo: tens iterato cum iuleb et oleo violato et aqua calida simplici, aut decoctionis atriplicis malue et altee. Et si ad intestina descenderint educantur cum clisteribus lenientibus et vinctuosis ut defendant intestina ab ulceratione. Et butyrum quidem conuenit ad vomendum et clisterizandum. Pro complemento autem secundi detur tiriaca: et proprie cum decoctione malue et erice et specialiter, v.g. in arsenico et argento sublimato conuenit costus ebibitus cum vino puro. Et dicunt, quidam conueniunt clisteria cum recenti oleo amigda, dul. Et in calce resalgari viride aeris, et similibus dentur pinee multe cum zuccaro cum iuleb multo. Et tertium completerum cum exhibitione extinguentium frigidorum et humidorum sicut extinguentium notorum. Et quartum completerum cum exhibitione vinctuorum et mucilaginosorum, et iurium pinguium, quoniam de proprietate horum est adherere superficie membrorum: et defendantium ea a mordicatione corrosionis et putrefactionis. Et de appropriatis ad hoc est ius malue et mucilago semenis lini, et quandoque ponitur cum eis erica propter specialitatem quam habet ad hoc. Et de conuentientibus et in potu et in cristeris est decoctio rizi, et lac recens secundum omnem modum administrationis eius est presentis iuuamenti: sed oportet ut bibatur ex eo multum. Et proprie conuenit in hoc lac ouinum cum grossitate et proprietate sua. Et quidam exhibent frequenter lac asinimum in potu. Et butyrum etiam recens cum sumitur ex eo multum est iuuatum valde. Et de conseruentibus sunt amigda, dulces et oleum ipsorum, ita quod etiam inunctus exterius supra totum corpus, et physici etiam et oleum eorum: et similiter pinee et oleum ipsorum est mirabile. Ego autem loco olei pinearum feci conteri. 3. iiiij. pinearum purgatarum contritione bona, et infundi eas contritas in libram unam aque calide, deinde cum expressione multa et bona emulsione colari, et exhibui in potu. Et inueni utilitatem iuuamenti magni, quod si aliquid de supradictis accidentibus remanserit succurratur ei: sicut in suo dicitur capitulo.

**D**e medicinis venenosis: quaz venenositas coniuncta est siccitatia: aut substantie grosse opilativa. *Lap. xxxv.*

### Ste medicine



sunt sicut limatura ferri et scoria eius.

Et scoria vel limatura aeris et plumbum vestrum: et non vestrum litargirum, alumen, gipsum cerasa magna magra sinopidam: minium cinapium: azurum et quecumque his similia.

**D**eno  
mento li  
mature  
et se ferri  
et cura.

**A**uctores usi sunt limatura ferri consolata: et rectificata secundum artem sicut docetur in suo capitulo ad curas quarundam egreditudinum: sed tamen non consolata ipsa et scoria eius, et maxime eruginosa est mala, et similiter limatura eris, et scoria eius. Et accidit ex qualibet ipsorum dolori vehemens in ventre: quia sua grauitate comprimente et sua asperitate cum peruenit ad fundum stomachi solvit ipsius continuatatem, et quia multum exiccat stomachum accidit siccitas in ore et fistis, et aliquando in tantum exiccat humiditates stomachi quod inducit in eum malam complexionem sicciam et disponit ad ethamicam senectutem, quia tamen quelibet earum est opilativa, prohibet debitam transpirationem, unde accidit in humoribus putrefactis: et ac-

ceditur in eis caliditas extranea unde accedit in toto corpore inflammatio, ad quam sequitur multa evaporation, et hinc dolor capitum. Et quidam dicunt, quod ad scoriam eris sequitur fluxus ventris multus. **E**t cura est eductio illius per inferiora. Et quidam ad eductionem eius intendunt exhibentes que compimento solvuntur, sicut mirabolos putantes quod sua grauitate comprimente deponunt secum ferrum, sive es. **E**t quidam exhibent lubricare scientia, dantes multum iuris vinctuosi cum multo butyro extimantes quod defendatur ab eis stomachus a nocturno. Et lubricet cum eis ferrum: aut es. **E**t quidam querunt attractionem eius ad inferius: maxime ferri cum cristeribus lenitius: in quibus ponitur puluis magnetis et reiterant ea lepe, et ingeniantur quod cristeria ad superiora ascendunt quantum possibile est, quiescere non contulerint, tunc ingenandum est ut cum medicinis educatur fortiter solventibus. Verutamen ante exhibitionem earum oportet ut aggregetur ferrum vel es versus pileron: et vias intestinorum. Quam aggregationem saltem ferri facit magnes cum biberit vade. 20. continentis dicitur. Detur calamite, 3. i. quia totam scoriam adunat, et ait Rasis, dico quod postea laxetur venter violenter. Et Avice, dixit, quandoque datur in potu aliquid de magnete et aggregatur illud quod paratum est: sive sparsum ex ferro ad seipsum, deinde consequenter adhibeantur solutiua cum fortitudine. Et dixit Avice, quod quandoque datur ex ipso in potu omni die, 3. i. deinde datur ad sorbendum post ipsum iura vinctuosa lubricantia cum butyro cocto ut educatur per ventrem si fuerit descendens: aut euomatitur si fuerit adhuc in stomacho. **Q**uidam autem dicunt, quod cum sit magnes per se ledens non debet dari purum: sed mixtum cum corrigentibus ipsum. Corrigitur autem cum recipitur ex eo. 3. i. et aurum purum et nardi. aii. 3. 5. et sunt ex eis pillule cum succo blitis: aut mercurialis et exhibentur in dose una, et oportet ut epithimetur et confortetur caput ne recipiat vapores et prohibeatur ab eo dolor.

**E**x limatura autem plumbi, et plumbu vestro et litargiro apostemetur, dixit Avice. i. inflatur corpus sumentis ipsius, quoniam sunt vehementer opilativa: et virtutem digestivam debilitantia, unde multe ventositates in stomacho gerantur: et intestinis que replentes extendunt, et inflant ventrem vel apostematur corpus, i. venter, et proprie accidit yleos, et tunc maxime quando descendit ad intestinum yleon, et in eo inducit dolorer, quoniam alterat complexionem eius sua qualitate et sua grauitate: et asperitate eius soluit continuatatem, unde trahuntur ad ipsum materie quibus apostematur: et quandoque propter grauitatem et asperitatem ulcerat intestina: et sequitur dissinteria. Et cum non fuerit eius quantitas multum excedens opilando causat stipticatem ventris multam in tantum ut quasi nihil egere possit, sed in vomitu egestionem emitat. Et cum hoc etiam quandoque est causa quod relaxentur intestina: et superfluat fluxus ventris, et egreditur anus, et hoc maxime cum eius quantitas fuisset valde superflua. Et accidit per viam indigestionis, et debilitetur cerebrum et multiplicetur in eo superfluitates plurime que descendentes ad os: et palatum imbibuntur in spongiositate lingue, unde grauitur et intumescit, ita quod non potest expedite loqui. Et accidit ut fiat color corporis plumbinus propter mortificationem caloris in membris exterioribus, et prohibitionem transitus spiritus, et sanguinis ad ipsa. Et quandoque perducit ad constrictionem anhelitus, et accidit suffocatio et mors quandoque. **E**t cura vnicuiusque eorum dum est in stomacho: et sentitur grauitas in eo est ut pronocetur vomitus cum eis in quibus est apertio sicut cum decoctione seminis apij et aneti et caricarum et oleo multo et baurach: et si descendenter ad intestina sentitur grauitas in eis attractatur

**D**eno  
mento li  
mature  
plumbi  
vestri et litar  
giri et eius  
cura.

habet inferius cum cristeribus, aut educatur farmacorde  
inde dentur tiriaca calida de quibus est myrrha cum  
sumuntur ex ea. 3. iiiij. cum vino potenti, aut seminis apij  
et absinthij. aii. 3. i. cum vino, aut mirrhe. 3. i. et piperis. 3. s.  
cum vino; aut absinthium finus columbi pipere mel et  
vintum, aut vt dixit Auicena spica romana et finus colum-  
bi pascensis, quoniam curat et fiat vt eis multiplicetur su-  
dor; et signum sanitatis est quando soluitur natura et eme-  
titur vrina deinde debent sequi aperientia confortantia  
stomacum et membra principalia. Et consert induere pel-  
les nouas vulpinas; aut saltem ouinas cum custodia ma-  
gna et frigore.

**E**x sumptione aluis. Accidit sumenti tussis propterea q  
cum multa exiccatione exasperat pulmonem que aliqui in  
tantum procedit vt soluat inde continuitas pulmonis;  
et ulceret et sequatur ptisis. Et quandoq propter supera-  
bundantem exiccationem arefacio in toto corpore; et ta-  
bes. Et cura est vt educatur vomitu cum aqua calida fa-  
cto; et oleo viol. et iuleb. vel educatur per inferius cum le-  
nientibus et vncutios, deinde exhibeat lac plurimum.  
Et oē regimen humectatum et resumptum. Et asperi-  
tas pulmonis curetur cum iuleb. viol. et cucurbitino, et  
oliis dictis in suo capitulo.

**S**umenti autem gipsum; aut cerusam accidunt dolor sto-  
maci et hypocundrio; um et ventris ex multa venenositate.  
Et ex lesione stomaei accedit surgultus cum nittitur ad ex-  
pellendum materiam malam in eo inuisitatem. Et propter  
materiam malam. Et quia sua gravitas soluit continu-  
itatem sentitur aliquando in stomacho et intestinis punctio  
et mordicatio; et communicatur alitia et ipsorum frigiditas  
cerebro; et ingrossantur in eo spūs animales nequeentes  
scrutare virtutibus animalibus sensitivis intrinsecis; unde  
permiscetur ratio. i. diminuitur vel destruitur; quia proprie-  
te sequitur quedam amentia. Et quandoq communicatur  
malitia membris spūalibus; et accedit inde tussis et difficul-  
tas anhelitus. Et adiuuat ad hoc fluxus catarrosus ex ca-  
pite descendens ad pectus; unde accedit quandoq psocatio  
et strangulatio. Et hoc dixit Auicena plus multiplicatur  
ex gipso quam ex cerusa, aut accedit albedo in lingua; q  
tingitur colore eius et albificatur color corporis eius for-  
tasse ex sparsione eius ad superficiem corporis; vt accedit  
in eo subalbedo ex mortificatione caloris innati. Et quan-  
doq mingit vrinam nigram; quia ex mortificatione calo-  
ris innati multiplicatur calor in instrumentis vrine; unde  
vrina obfuscatur. Et quandoq mingit sanguine relaxata  
et debilitata contentina virtute epatis et renum. Et quan-  
doq sequitur relaxatio contentine in membris suis ex po-  
tu eius. Et quandoq sequitur ex utroq sincop et mors.

**E**t cura sit in vomitu iterato cum oleo de lilio vel de  
narciso butyro aqua calida melle et cum cristeribus v-  
ncutios. Et cum exhibitione lactis plurimi butyri recetis;  
et vini dulcis vel sape. Et ius malue bibitum in hoc est  
optimu[m] et tiriaca iplorum est cintis vitis bibitus cu[m] sapo.  
Dixerunt iterum q qui sumit paru[m] in vice de cerusa mul-  
tis diebus non percipiet in ea nocturnum in tempore  
satis lapsu; sed quotidie coadunabitur in fundo stomaci  
eius donec sit ipsius quantitas notabilis aggregata. et le-  
dat et tandem occidat.

**E**x sumptione vero magnetis accedit dispositio melica.  
habet enim proprietatem magnes; p[ro]dicunt; excitandi hu-  
morem melancolicum et perficiendi meliam. Et dicunt h[ab]-  
erit plurimum patitur hereros et fistulaticus. Quidam tamen  
dicunt, q[ui] hoc non reperitur in magnete ferrum trahente;  
sed in quadam alia spe eius. Et cura eius est vomitus;  
aut eductio eius per ventrem, deinde detur regime hume-  
catum et impinguetur corpus; et dicitur q[ui] aurum et la-  
pides preciosi sunt tiriaca eius et proprie maragdus cu[m] su-

mitur ex eo tribus vicibus singulis tribus diebus semel.

**E**t sumenti cinaprium, minium, magram, azurum, et his  
similia accedit dolor et gravitas in ventre; et pleuresim acci-  
dit ei stipititas ventris et sequitur vomitus; et comprehē-  
ditur quodcumq eorum fuerit colore exirentis in vomitu.  
et aliquando sequuntur accidentia argenti viui que dicen-  
tur in sequenti capitulo; quodcumq tamen accedit in magra  
solutio ventris plurima et est dignus signoru[m] eius. **E**t  
cura eorum est similis curis predictorum cum vomitu et  
lenitione ventris et consecutione regiminis humectantis.  
Estebur quidem combustum cum sumitur ex eo cu[m] vino.  
3. iiij. est tiriaca eius. et consimiliter debet fieri cura cuius  
cumq alterius predictis consimil. **E**t scias pro solutiōe  
ventris in omnibus his medicinis q[ui] vt trahitur ex. 20.  
continentis et ab Alman. et Auicena sciamonea est melior  
medicina; et magis appropriata eis. et proprie cum sumitur  
cum aqua mellis et ceteris.

**E**t de assumptione argenti viui et intrommisione eius in au-  
res et est ultimum caplin.

Lay. xxxvi.

**R**gentum viuum interius cum su-  
mitur sicut est secundum  
plurimum nullam aut paru[m] efficit lesionē.  
quoniam sua flexibilitate et ponderositate  
egreditur velociter cum dispositione sua per  
inferiori regionem. Et propter hanc causā  
extimauerunt quidam q[ui] argentum viuum non sit in nu-  
mero venozum. Verum veritas est q[ui] est venenum. immo  
vt dicitur multa venena ex eo conficiuntur. Et si remane-  
ret in corpore spacio sufficienti; et non egredieretur velo-  
citer interficeret congelando sanguinem et spiritum cor-  
dis; sicut recitat de quodam apotecario qui pre in-  
fusione satis bibit argentum viuum nocte et in aene mortuus  
est intentus. **E**t ipsum quidem sumptum extinetum  
cum salvia deterioris est venenositas; et inducit sere acci-  
denta argenti sublimati. Et A. dixit. de sublimato q[ui] cu[m]  
sit incisuum accidunt ex eo accidentia litargiri ex punctu-  
ra et torsione intestinorum, et deambulatione alias solu-  
tione sanguinis et gravitate lingue, et grauedine stomatici; et  
apostematur corpus eius et retinetur vrina ipsius. Et 20.  
continentis. dicitur q[ui] accedit ex eo rugositas ventris absq[ue]  
fluxu et apostema in oculis, et aliquando perducit ad apo-  
stema cordis et mortem.

**E**t cura extincti et sublimati est sicut cura litargiri et vene-  
nosorum corrosiorum. Et de appropriatis est myrrha cu[m]  
sumuntur ex ea. 3. iiiij. cum vino. Et aqua mellis multoties  
bibita consert ei deinde deueniendum est ad curam si re-  
manserit mala complexio, et precipue frigida et humida in  
corpore, et maxime in intestinis derelicta corrigendo eam  
cum potu mire saluie; vel ruta, et decoctione nuci et cipressi  
ad cordialia iustus et extra approximando ea. **A**rgentū  
vero viuum et educendum est cum lenientibus potibus et  
cristerijs.

**A**rgentum quoq viuum non extinctum aliquan-  
do effundit in aurem. Et accedit in  
de dolor vehemens. q[ui] cum sua ponderositate solvit con-  
tinuitatem in loco multi sensus. Et similiter alterat com-  
plexionem illius loci. Et quidam dicunt q[ui] dolor exten-  
ditur sere ad totū latum sequens aurem illam. q[ui] compati-  
unt dolore eius nerui habentes originem ex illo latere, et  
sentient gravitas multa in aure, et profundo eius. Et leditur  
ex eo mediante neruo arditudo cerebrum vehementer et in  
frigidantur, et humectantur, et ingrossantur spūs anima-  
les. Et accedit in eo diminutio in ratione que est amentia  
quedam. Et quandoq exprimitur materie in cere-  
bro contente que si fluant ad nucam et neruos inducunt  
asymmetri vel mollificationem, et si fluunt ad ventriculos  
cerebri inducunt epilepsiam vel apoplexiā propter lesio-

De no-  
mēto cu-  
napti mi-  
nū et illuz  
et cura.

De no-  
mēto alu-  
minis et  
cura.

De no-  
mēto gi-  
ph. aut ce-  
nise et cu-  
ra.

De no-  
mēto ma-  
netus et  
cura.

## Tractatus.iii.

nem substantie cerebri cum frigore eius et motione et per mutatione ipsius. Et cura est ut sit patiens super pedem unum et inclinet caput ad partem auris illius quantum possibile est. deinde sic inclinato capite saliat. et proprie quando appodiauerit se ad aliquam rem firmam cum manu altera suspensa: et prouocentur tunc sternutaciones. quoniam fortasse sic exibit. deinde iaceat super latus illud: capite tamen inclinato. quod intellexit Alman. cum dixit. non teneat caput in puluinaris: sed ultra ipsum. Et dixit quandoque sit stilus de plumbo: et mittitur in aurem et mouetur in circuitu eius. deinde extrahatur et inuenietur argentum viuum adhesum radio: abiicitur ergo et iterum

## Sermonis.ij.

intromittatur radius. et sic multotiens fiat donec totum extrahatur. Alixena tamen de hac operatione dixit qd qui hoc facit est errans. quoniam argentum viuum quando est in illo loco ad quem potest peruenire radius: aut ei propinquu non indiget patiens nisi ut concutatur modo dicto et saliat. si autem fuerit profundus non siet iunamen cum stilo: quia non puenit ad ipsum. Quomodoq; aut sit argentum viuum in aure locatum sert ut dixit Almā. imittere auri oleum valde calidum quantum patipotuerit. Et cum infrigidatum fuerit ejiciatur. et aliud calidum superponatur. quoniam sic faciendo et multotiens iterum tollitur nocumentum frigiditatis eius et c.

**C**um auxilio Dei benedicti. Explicit sermo Quartus Nicholai Nicoli Florentini de dispositionibus membrorum spiritualium.  
**E**cclissus Genetis in edibus Luceantonij Junte Florentini. Anno salutis. M D XXXIII.  
Mense Decemb.

## Registrum

A A A A B B B S L L L L D D D D E E E E F F F F 5 5 5 5

b b b b 3 3 3 3 k k k k l l l l m m m m n n n n


o o o o p p p p q q q q R R R R

R R R R **E**t Quinternus  
Leteri sunt quaterni











1205



Signl. Top.

E.S.L. 73

451

N. 16.

THE  
BOSTON  
HISTORICAL  
LIBRARY.  
1830.